

GEMMA

In Pyrrhy annulo
Aureæ Libertatis Iuventuti

OLIMPIA

Literatis Ingenijs in Konarsciano Athenæo
Pro laurea decertantibus

PROPOSITA

Quo anno
Est DeVs IngressVs CVrsVM reLeVare
saLVtIs

Na Zarębę starego.

Nie wie, co iest ból zębów, nasz stary Zaręba.
Wierzę, bo w gębie nie ma i iednego zęba.

7.

Nie stawiana.

Nogę mi utracili Pianice mili,
Aby ze mnie koleyno, nie stawiaiąc, pili,
Oddam im wet, takiego zażywszy sposobu,
Nie mam ni iedney, oni nie będą mieć obu.

8.

Do Jedney bez zębów.

Nie mądra, Keto! mało maiąc zębów,
Przecie wyglądasz codzień Dziewosłębów,
Będąli, sera niech przed nich nie kłada,
Bo ieżli twardy, z twą się wydasz wadą.

Proloquium

Gemmas extra Piscariam, proponunt fontes Castalij ingenijs, plus aurô quia Phœbô domestico fulgurantibus, vel Hoc rariores quod n communi omnium parenti, naturæ, Sed ingenijs Poëtarum conceptum debent. Liquantur hæc in gemmas toties, quoties sudant memoriæ posterorum pretiosiorem tagô latex pigerius, despumat tempestatem gemmis, non uni regno Cleopatræ præferendis intumescit (: adeò credite Vatum nobilissimi :) ferax opum et scientia Apollinea, ut quidquid in regnis splendidum, in urbibus pretiosum eminet! suis concludas in thesauris. has ego gemmas aureæ libertatis juventuti, ut suo Antonio Cleopatra propino: regnum bibet scientiæ si pretium carum investigaverit, gemmas gemmis addet, si applicationem applicatione accumulaverit. In Olympijs præibo viam, tu non cespita Iuventus major Polona ad omnia summa nata; iter laureatum est, frondes protendit certantibus in genibus flectendas ad coronam. Passus quilibet gemmas pariet sæculorum valore æstimandas. Iamq carpe viam.

Opus hoc duabus constabit partibus, quarum prima æloquentiæ ligatæ, genus et speciem. secunda faciliora præcepta suadæ solutæ, futuro oratori explanabit.

Pars prima
Eloquentiæ ligatæ.
Caput Imum
De natura et fine Poëseos et materia

Poë=

Eusebius docet â Phœbeis ante Græcos; O-
vidius ab ipso Deo juxta illud: Est Deus in nobis agitante calescimus illo. Hæc quo ad vocem provenit a verbo Græco Poin, Latinè idem significante quod facere et fingere. Unde Pöësis â faciendo et fingendo sortita nomen, idem est quod factio et fictio, quo ad rem variè â varijs describitur. R. P. Sarbiewski Regni nostri laureatus Vates sic eam definivit: est ars quæ dicendo imitatur versu res, juxta ea quæ possunt vel debent esse. Dicitur Pöësis ars per quod convenit cum alijs artibus. Dicitur item, quæ dicendo imitatur, quia per hoc differt ab omni arte mechanica; nam artifices dum res imitantur, non dicendo id faciunt sed faciendo. Dicitur tandem imitatur versu res etc: ad differentiam ab alijs artibus liberalibus, scilicet Rethorica Gramatica etc: quæ dicunt quidem, sed non imitantur dicendo res prout sunt aut esse possunt clarius, cæteris P. Jacobus Massenius, naturam Pöëseos sic descripsit: est facultas quæ oratione metrica, rem quamlibet versimiliter et accomodatè ad delectationem atq utilitatem audientium exponit. per has voces oratione metrica innuitur ad artem Pöëticam, necessarium esse metrum. verè rem quamlibet intelligerem omnem honestam, quæ finem Pöësas (: quæ finem est prodesse simul ac delectare:) non destrat. Unde tam Divina quam humana omnia esse possunt. Materia

Pöe=

Pöëseos. verisimiliter dicitur ideo, quod veritas historica in Pöëtarum naratione non requiratur, sed liceat Pöëtæ ex suo ingenio, rerum circumstantias, apposite ad verisimilitudinem effingere, ut illustriori imagine, rem oculis subjiciat, dicitur accomodatè ad delectationem atq utilitatem audientium exponi, quia hic est Scopus et finis Pöëseos, ut cum delectatione monere, aut instruere possit auditorem, per appositam rerum exponendarum imaginem, vivis quemadmodo artis cujus coloribus expressam. ab hoc scopo aberrant, qui delectationem inhonestam, in suis Pöëticis operibus sectantur ex dictis: Inferes primò, tria in Pöëta absoluto, potissimum requiri, primo metrum seu versum. Secundò, elocutionem minimè vulgarem, tertiò, fictionem. Undè non omnis qui versus scribit est Pöëta; versificator enim et Pöëta non idem sunt secum, nam versificator est, qui structura metrica sine fictione et imitatione naturæ, aliquid describit Pöëta verò est, qui scribit carmen cū imitatione naturæ, seu qui scriptione carminis, fictæ veræq narrationis imitatur naturam. Inferes secundo scopum seu finem Pöëseos esse non alium, nisi prodesse simul ac delectare, attestante aut prodesse volunt aut aut delectare Pöëtæ

Caput 2dum

De carmine ejusq universali divisione

§ 1mus

De definitione Carminis

Carmen, quo ad vocem, Græcis, Epos Latinis Carmen quasi canimen dicitur à canendo quia carmina cani

So-

solent, secundo metrum dicitur id est: mensura, syllabis enim vel pedibus solemus metiri carmina. 3tio versus dum componitur carmen vertuntur voces. Quo adrem carmen est oratio certo genere atq numero atq ordine pedum alligata, dicitur certo numero, et ordine pedum alligata, quia carmen certum numerum et ordinem pedum exigit, v.g. carmen Hexametrum alium numerum et pedum ordinem habet, et aliud carmen Saphicum etc.

§ 2dus

De universa divisione carminis

Divisio carminis sumitur à denominatione carminum. denominantur verò variè carmina, et primo, â materia quæ illis describitur: Heroicum quo, Heroum facta describuntur, ut Æneis dicitur ab Ænea Herois descriptio factis. Georgicum ab agricolarum operibus. Buccolicum. â pastoritia arte. Satyricum quo, mores hominum prestringuntur. Elegiacum quo tristes eventus rerum describuntur. Diræ quo, mala alicui imprecamur. Epithalamium quo, nuptiæ. Epicedium quo, funus. Genethliacum quo natales alicujus celebrantur. Epitaphium quod lapidi sepulchri solet incidi. Tragedia quo, eventus deplorandi exprimuntur. Comedia, quo, læti eventus scribuntur. Charisticum quo, reditum gratulamur. Eucharisticum quo, gratias agimus etc. Secundo, denominantur carmina â numero syllabarum et sic Hendecasyllabum. id est undecem syllabarum, ut est carmen Saphicum et Phaleucium, Hebdasyllabum id est septem syllabarum, ut sunt quædam Polonica, Pentasyllabum. id est quinque syllabarū, ut est carmen Adonium. 3tio denominantur carmina â completo numero pedum, et syllabarum ab additione pedis vel syllabæ, â detractione pedis vel syllabæ. Accatalectum: cui nihil deest nihil superest in fine. Catalectum: cui in fine deest una syllaba. Hypercatalectum cui supra pedes propria superest in fine una syllaba vel pes. Tale solet esse tertium in Odis Horatianis ut: Mavorte circumdant Phalanges. Brachicatalectum. cui in fine totus pes deest.
Quarto denominantur carmina â numero et commutatione pedum

Hex:-

Hexametrum â sex metris id est pedibus, Pentametrum â quinq. metris seu pedibus. Spondaicum â spondeo loco Dactyli. Scazonticū â Spondeo ultimo loco Jambi, et penultimo Jambo.

Quinto. denominantur carmina â scansione latinorum, dicta Monopodia id est per unum pedem, et Græcorum scansione dicta dipodia, id est per duos pedes, nam Monometrum. Græcis dicitur unius pedis, latinis duorum pedum. Trimetrum. Græcis trium pedum, latinis sex pedum. Dimetrum græcis duorum pedum, latinis quatuor pedum. Tetrametrum græcis quatuor pedum, latinis octo.

Sexto. denominantur carmina, â numero versuum, Monostichon unum Carmen. Distichon duo carmina.

Septimo. denominantur carmina â diversis generibus carminum, Monocholon. unius generis ut sunt pöemata. Dicholon. duorum generum carmina, ut Elegiæ, Tricholon trium generum, Tetracholon id est quatuor generum ut sunt Odæ aliquæ.

Octavo. denominantur carmina â reversione, ad primi generis Carmen. Monostrophon. est quando post unum fit reversio ad carmen ejusdem generis. Distrophon. dum post duo carmina revertimur ad idem genus carminis,. Tristrophon dum post tria carmina. Tetrastrophon. cum post quatuor carmina fit reversio ad primum genus carminis.

Nono. denominantur carmina â varijs figuris seu modis scribendi Serpentinum instar Serpentis tortuosum, Cancrinum quod retro legitur.

Decimo. denominantur carmina âb autoribus seu inventoribus. Alcaicum. âb Alceo Poëta, Alcmaicum ab Alcmane, Archilochium ab Archilocho, Asclepiadeum ab Asclepiade Aristophanium

ab-

8 âb Aristophane, Adonium âb Adone. Dithyrambus idest bis Ianu-
am ingressus; canebatur in honorem Bacchi, qui fingitur bis natus esse et
Undecimo. denominantur carmina â frequentioribus pedibus. Iambicū
â Iambo frequentiori: Trochaicum â Trochæo seu Choreo. Anapesticum
ab Anapæsto pede frequentiori. Dactylicum â Dactylo pede frequentiori,
Ex his denominationibus continuntur quatuor genera carminum nempe:
Iambicum, Trochaicum Anapesticum et Dactylicum; ad illaq omnia
alia genera carminum revocantur; quorum ea tantum subjicio quæ
in frequentiori sunt usu Poëtarum, currentis seculi sit itaq

§ 3tius

Primum genus carminum,

Iambycum. prænoto, quoniam Iambycum carmen scandi solet more Græcorum vel per dipodiam, idest per duos pedes, in unum compositos ideo carmen Iambycum, aliud est monometrum, aliud dimetrum, aliud Trimetrum, aliud Tetrametrum. et

Primo. Iambicum ratione Iambi frequentioris, Monometrum. idest unius pedis, ratione dipodiæ mensuræ. Hypercatalectum ratione abundantis syllabæ in fine. Aristophanicum, ratione Aristophanis Poëtæ inventoris, his pedibus constat:

| ∪– –∪∪ ∪∪– ∪∪∪ | ∪– ∪∪∪ | ∪̄ | ugr:

Maris procellæ

Secundo. Iambycum ratione Iambi frequentioris. Dimetrum ratione duorum pedum per dipodiam scansionem. Archilochiū ratione Archilochi inventoris. Acatalectum eò quod in fine nulla illi desit et nulla supersit syllaba. tali carmine solent scribi Hymni Ecclesiastici pedes illius sunt:

∪– –∪∪ ∪∪– ∪∪∪ | ∪– ∪∪∪ | ∪– –∪∪ ∪∪– ∪∪∪ | ∪– ∪ | ugr:

Quæ tu creasti pectora
Fons vivus ignis charitas

9

Itio. Jambicum ratione Jambi frequentioris. Dimetrum. id est duorum pedum, ratione dipodiæ Scansionis. Anacreonticum. ratione Anacreontis Poëtæ inventoris. Catalectum ratione unius syllabæ deficientis in fine. tali carmine conscriptum est Somnium vitæ humanæ pedes istius carminis sequentes sunt:

|υ−|υ−|υ−|υ| vgr:

Nunc fluctuant aristæ
anu cānente cesum
Cedros trucidat Eurus
pontes timent
hostile Mars aratrum.

Quarto. Jambycum ratione Jambi frequentioris, Dimetrum id est duorum pedum ratione dipodiæ Scansionis. Archilochium. ratione Archilochi Poëtæ inventoris. Hypercatalectu ratione syllabæ in fine superabundantis, hoc carmen, solet poni tertio loco in Oda Horatiana pedes illius sunt:

υ−|υ−|υ−|υ−|υ−| vgr:

Cultus divinæ Parentis

Quinto. Jambycum ratione Jambi frequentioris. Archilochiu. ratione Archilochi Poetæ inventoris Senarium Latinis id est sex pedum, ratione monopodiæ Scansionis. Trimetrum Græcis, id est trium pedum, ratione dipodiæ Scansionis. Purum. id est solis constans Jambis. pedes sequentes:

υ−|υ−|υ−|υ−|υ−|υ−| vgr:

Cruore bella fluctuant manus ruunt

Sexto. Jambycum, Archilochium, Senarium, Trimetrum, ob eandem rationem (: ut immediate diximus:) dicitur non purū ex eo, quod Jambis alij pedes. hoc carmine scribi solent Drommata, Tragædiæ pedes istius carminis sunt:

| ∪ – – ∪ ∪ ∪ ∪ – ∪ ∪ ∪ | ∪ – ∪ ∪ ∪ | ∪ – – ∪ ∪ ∪ ∪ – ∪ ∪ ∪ | ∪ – ∪ ∪ ∪ | ∪ – – ∪ ∪ ∪ ∪ – ∪ ∪ ∪ | ∪ – ∪ | vgr:

Arma gerit Hector Hectoris fervet manus

Septimo. Scazonticum carmen Spondei, sexto loco poni soloti: alias idem est quod Senarium Jambycum non purum, nisi quod penultimo loco Jambum Sexto vero Spondeum habeat. tali Carmine Scribi solent Epigrammata pedes illius Sunt:

| ∪ – – ∪ ∪ ∪ ∪ – ∪ ∪ ∪ | ∪ – ∪ ∪ ∪ | ∪ – – ∪ ∪ ∪ ∪ – ∪ ∪ ∪ | ∪ – ∪ ∪ ∪ | ∪ – | – – | vgr:

Ipsis naves carbasis volant currunt

Octavo. Jambicum Tetrametrum, idest pedum. Catalectum id est, cui nulla in fine deest, et nulla superest Syllaba. Jambo ferè ultimo, reliquis promiscuè etiam Amphibracho, et Amphimacro admissis. Catalecticum cui Syllaba una deest et Spondeum in fine tollerat. Brachicatalectum Septem s: cum octavo deficiat J. mavult Jambum in fine, carmen hoc comicis est usitatum de quo plura P: Massenius

§ Quartus

Secundum genus carminum, Trochaicum.

Praenoto. Trochaicum Carmen dicitur à pede Trochaeo idest Choreo frequentiori, idem carmen, quia scandi per Dipodiam, etiam solet appellari Trochaicum ratione pedis Trochaei; Saphicum ratione inventoris constat pedibus quinque Sequentibus.

– ∪ | – – | – ∪ ∪ | – ∪ | – ∪ | vgr.

Laurus annosum tibi signet aevum

Secundo. Trochaicum ratione pedis frequentioris. Phaleutium à Phaleco inventore. Hendecasyllabum à numero Syllabarum Constat pedibus istis:

– – | – ∪ ∪ | – ∪ | – ∪ | – ∪ | vgr:

Terrarum Dea gentiumque Roma

Adverte hoc carmen paucis mutatis, transferri potest in Saphicum unde in Saphico sic diceres: Roma terrarum Dea gentiumq.

Tertiò. Archilochium, Trochaicum, Heptametrum, Hypercatalectum si est purum continet pedes istos:

– ᴗ | – ᴗ | – ᴗ | – ᴗ | – ᴗ | – ᴗ | – ᴗ | v.gr:

Ecce Caesar nunc triumphat qui subegit Gallos

Si autem impurum est potest insuper admittere istos pedes:

ᴗ ᴗ ᴗ | – ᴗ ᴗ | ᴗ ᴗ ᴗ | – ᴗ ᴗ | ᴗ ᴗ ᴗ | – ᴗ ᴗ | ᴗ ᴗ ᴗ |

Carmen hoc post quartum pedem finiri desiderat, ideo in duos versus in Hymnis solet secari et vocatur Dythyrambus

Quarto. Archilochium Trochaicum pentametrum, cum caesura in medio. constat pedibus istis:

– – | ᴗ – | – | – ᴗ | – ᴗ | – ᴗ | v.gr:

Vulcanus ardens urit officinas

Ponitur hoc carmen, post Archilochium Dactylicum ut est apud Horatium.

Quinto. Chorijambycum Alcaicum Pentametrum habet sequentes: | – – | – ᴗ ᴗ – | – ᴗ ᴗ – | – ᴗ ᴗ – | ᴗ ᴗ | v.gr:

Felix quio dubio forte caput supposuit Iovi

Sexto. Ionicum è minore Se. Saphicum Trimetrum constat pedibus tribus:

ᴗ ᴗ – – | ᴗ ᴗ – – | ᴗ ᴗ – – | v.gr:

Age picti moderatrix Dea mundi

His adjungitur Ionicum Tetrametrum constat pedibus istis:

ᴗ ᴗ – – | ᴗ ᴗ – – | ᴗ ᴗ – – | ᴗ ᴗ – – | v.gr:

Age claras famulantum quate pennas aquilonum

Septimo. Aristophanicum Chorijambycum Constat pedibus duobus:

– ᴗ ᴗ – | ᴗ – – | v.gr:

Moscua tu inquas

Idem carmen aliter metiri potest ut sic:

12 – ⏑ ⏑ | – ⏑ | – – | vgr:

Lidia dux per omnes

Octavo. Choriiambicum: Tetrametrum Constat pedibus quatuor:

– ⏑ ⏑ – | – ⏑ ⏑ – | – ⏑ ⏑ – | ⏑ – – | vgr:

Oderit Campum patiens pulveris atque solis

Nota hoc Carmen semper subsequi Carmen Aristophanicum

Nono. Trochaicum Dimetrum Acatalectum constat pedibus quatuor:

– ⏑ | – ⏑ | – ⏑ | – ⏑ | vgr:

Surge Musa nuptiales
Æmulata voce plausus
quære flores carpe frondes
Carminumque mille festa
remiges fatigat alas.

Hoc carmine scribi solent Dithyrambi, quibus quinque positis, Solet subjici Trochaicum Tetrametrum tale:
Vere pulchro cinge pulchro rore sparge tempora

§ 5tus

Tertium genus Carminum, Dactylicum

Ad genus carminis Dactylici, refert primo carmen Hexametrum, Sexametrum sic dictum à pedibus quibus constat Sex:

| – ⏑ ⏑ | – ⏑ ⏑ | – ⏑ ⏑ | – ⏑ ⏑ | – ⏑ ⏑ | – ⏑ | vgr:

Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.

Hoc carmen si quinto loco Spondeum habet Spondaicum ab illo appellatur quo vel rei gravitas, vel amplitudo vel mæror exprimitur.

Secundo. Elegiacum, quod scribitur duobus carminum generibus, Hexametro scilicet et Pentametro, Hexametri diximus quibus constat pedibus Pentametrum sequentes habet:

|— ∪∪|— ∪∪|—|— ∪∪|— ∪∪|∪| var:

Et quod tam pulchrè splenduit umbra fuit

Hoc carmen alio modo metiri potest si primo loco habeat: |— ∪∪|— ∪∪|— —|∪∪ —|∪∪ —|

Tertio. Gliconicum carmen à Glicone inventum constat tribus pedibus: |— ∪∪|— ∪∪|— ∪∪| var:

Tandem Regia nobilis

Quarto. Asclepiadeum carmen constat pedibus quatuor et caesura in medio, pedes illius sunt:

|— —|— ∪∪|—|— ∪∪|— ∪∪| var:

Mæcenas atavis edite regibus

Hoc Carmen alio modo metiri potest, si primo loco habeat: |— —|— ∪∪ —|— ∪∪ —|∪∪| var:

Quinto. Alchaicum vulgo Horatianum, quod Horatius maximè eo usus est quod nihil solet et constat pedibus quatuor et in medio caesura longa, pedes illius sunt:

|∪ —|∪ —|—|— ∪∪|— ∪∪| var:

Florentis aevi limine vidimus

Sexto. Adonium carmen quod solet subjici tribus Saphicis de quibus supra, constat pedibus duobus:

|— ∪∪|— ∪| var:

Crescit in annos

Septimo. Archilochium, Dactylicum Heptametrum
14 Constat septem pedibus sequentibus:

— ∪ ∪ | — ∪ | — — | — ∪ ∪ | — ∪ | — ∪ | — ∪ | v.g.:

Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas

Octavo. Alcmanicum Heroicum constat sex pedibus, purè vel permistim dactylis, et hoc differt ab Hexametro, quod sexto loco possit habere Dactylum vel etiam spondeum pedes [illegible] sunt:

— ∪ ∪ | — ∪ ∪ | — ∪ ∪ | — ∪ ∪ | — ∪ ∪ | — ∪ ∪ | v.g.

Laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenem

Vel sic potest disponi. Laudabunt alii Mitylenem claram vel Rhodon.

Nono. Pindaricum carmen, quod solet poni quartum in Stropha vel Horatiana, constat pedibus quatuor:

— ∪ ∪ | — ∪ ∪ | — ∪ | — ∪ | v.g.:

Ausonio via bella porto

Decimo. Archilochium Dimetrum Hypercatalectum
Constat pedibus duobus et cæsura:

— ∪ ∪ | — ∪ ∪ | — | v.g.:

Arboribusq. [illegible] comæ

Undecimo. Pherecraticum carmen, constat pedibus tribus:

| — — | — ∪ ∪ | — — | v.g.

Grato Pyrrha sub antro.

Duodecimo. Dactylicum Alcmanicum Tetrametrum constat pedibus quatuor: | — ∪ ∪ | — ∪ ∪ | — ∪ ∪ | — — | v.g.

Est calcanda semel via leti

Nota [illegible] genus carminis vocari [illegible] pedem versus [illegible] seu Aristophanicum [illegible]

[illegible]iani, ex eò quod hi authores usi fuerint, maxime
hoc carmine constat pedibus quatuor:
|⏑⏑–|⏑⏑–|–⏑⏑|⏑⏑–| [illegible]
[illegible] in parvis fortuna [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
Interdum nullum Anapaestum includit, sed gemino Adonis
absolvitur ita: Cingite festa tempora lauro
Subjicitur est hoc carmen Sapphico, in [illegible] singuli
observantur pedes, et similibus [illegible]
Saepe in metris Anapaesticis interserit monometra Ana-
paestica, sive ex duobus Anapaestis. ut: [illegible]
sive ex Spondeo et Anapaesto ut: Et diva fave
Sive ex duobus Spondeis, ut: nident Sylvae
Sive frequentissimè ex Dactylo et Spondeo ut: [illegible]
arcem.

Caput 3tium

Qui sunt modi scribendi Carminis

Poetae scribendi carmen tres occurunt difficultates. Prima circa Syllabarum quantitate, secunda Circa pedes legitimos, tertia circa venustatem consistentem, in caesuris Tropis figuris similitudinibus etc: certè haec tria, in diversis generibus carminum, respicientis Poetae, non leviter caput fatigant, hanc difficultatem, summa sedulitas et continua licet applicatio tollet, interim et modus infra positus, componendorum carminum omnis generis abunde, huic difficultati satisfaciet, siquis [illegible]

[illegible]

Usus fuerit, modi autem carminis scribendi multi sunt, ego pluribus omissis faciliores tantum subjicio quare sit.

Primus modus scribendi carminis, si substantivum quod vis adaequare ponatur in genitivo casu, et aliud illi competens, et connexionem habens cum illo addetur, in eo casu quem constructio postulabit vg: Cœlum, hoc nomen cœlum ponitur in genitivo casu, illi additur illi substantivum [illegible] lumina, et erit finis carminis lumina, illi huic utrique substantivo addatur aptum adjectivum, vgr: conspicio, et versus erit dispositis benè vocibus.

Omnia fulgentis conspicio lumina Cœli.

Secundus modus. ex substantivo fac adjectivum, cui synonymicum adde substantivum sic; vgr: ex hoc substantivo Cœlum fac adjectivum Cœlestis, huic adjectivo adde substantivum aptum et conveniens vg: lux, deinde per primum modum amplifica scilicet per genitivum addendo huic substantivo Jubar, adjectivum vg: nobile adde verbum cerno, et carmen consurget.

Cœlestis Lucis nobile cerno Jubar

Si verò ex adjectivo vis carmen scribere, forma ex adjectivo substantivum, cui novum adde adjectivum. Sic ex hoc vgr: adjectivo virtuosus, forma substantivum virtus cui substantivo adde aliud substantivum, et junge adjectivum cum verbo vgr: vertex [illegible] vel [illegible] corruscat pulchra virtute, et bene his dictionibus

Compositis, secum carmen erit,

Conspicuus vertex pulchra virtute coruscat.

Si autem verbum dabitur tibi pro carmine, ex verbo fiat substantivum et dilatetur per modos de substantivo datos, sic hanc vocem, luceo, verte in Substantivum lux, adde substantivum v.g: fulgor, verbum v.g: Spargit, unum ex illis substantivis pone pro casu verbi v.g: fulgorem lucis spargit sol, additisque adjectivis, carmen sequens erit.

Fulgorem rutilus spargit sol lucis amoenum

Secundo verbum potest mutari in suum participium sic v.g: haec locutio, sol ardet, ponatur sol ardens, cui additur affectus ardentis solis, eritque sensus locutionis, sol ardens astra calore inflammat et adjecto adjectivô, carmen veniet v.g: tale:

Ardens, purpureo, flammat sol astra calore.

Tertius modus, expressurus simplicem materiam carmine, quaere tale verbum quod construitur cum accusativo casu, dum autem illud sit personale, habebit nominativum, adde casui nominativo, et casui accusativo epithetum, si autem aliqua inserere nequeant hucusque illa verte et muta, quousque idonea non reperies. Item si casus nominativus et accusativus non intraverit, adhibeantur Synonymia verba, sed apta, et connexionem habentia cum illis, pro quibus ponuntur, sic v.g: expressurus hanc materiam: Mars signa explicat militaria et musae canunt bellum. quoniam habes jam verbum personale cum nominativo et accusativo casu, adde huic nominativo Mars adjectivum v.g: impavidus, locô hujus nominativi Mars pone Synonymicum v.g: gradivus, jam verò locò hujus

Nomin:

18 Adjectivi militaris, pone bellantia, et jam quo ad numerum
pedum compone carmen, quod habebis vg: tale;
Excitat impavidus bellantia signa gradivus
Pariter carmen pentametrum facturus ex hoc sensu:
Tubæ canunt bellum: ad hoc substantivum bellum, adde huic
adjectivum vg: triste, loco tubæ, pone æra cum addito adjectivo
vg: ferrea, et habebis carmen Pentametrum vg: æraq certamen
ferrea triste canunt.
Vide quod loco nominativi si non intraverit in carmen potest poni
vocativus per allocutionem se per figuram Apostrophe.
Ad complementum hujus modi tene quod additis adjectivis casu
nominativo et accusativo si tibi adhuc defuerit syllaba aut pes
adde adverbium materiæ aptum et non intrusum vg: hanc ma-
teriam: Petrus flet carmine exprimas
Ubertim liquidos petri dant lumina fletus
Si verò una syllaba desideratur vide utrum aliquod verbum
vel nomen simplex non possit fieri compositum per additam ad
unam syllabam servientem materiæ vgr: si non intraverit verbum
Simplex in hac materia venti verberant mare fac compositum
diverberant et mutatis nominibus substantivis, carmen eveniet:
Horridus æquoreas diverberat Æolus undas
Pariter si non intraverit simplex nomen, pone nomen compositum,
vg: ex hac voce dives fac compositum perdives
Si autem desideratur syllaba propter elisionem obstantem,
mutandus est aut numerus aut casus vg: Sol europeas, invisit lu-
mine terras, ubi Europeas ponitur pro numero singulari Europe-
am terram; propter quem numerum singularem, non pote-

rat esse carmen integrum, quia eliderethur à Sequenti litera.
Quod si superer(er)it una syllaba, et erit nomen aut versum compositum, tunc versum aut nomen simplex, adjecta particula ex qua componitur, nomen aut verbum. potest ponere figura
id est una pars orationis pro alia ut pro vita, vivere
pro non nullus
Idem item, si non intraverit vox, exprimens rem affirmative, ponatur illi contraria cum addita negatione ut si non intraverit primus ponatur non ultimus si non intraverit bonus ponatur non ultimus
Quartus modus per definitiones quaerendo quid sit res illa, quam volo describere, hac autem definitio potest sumi, vel ex eruditione, vel ex proprietate rei, vel ex similitudine, si coelum definires ut: Coelum est patria Sanctorum, Regia Solis, domus tonantis, ad has definitiones, additis adjectivis et verbo, versus erit:
Patria Sanctorum Coelum est domus alta tonantis
Quintus modus ab enumeratione partium: hoc est loco dictionis dilatandae pone partes illius quas habet, vel habere potest per fictionem dadito verbo et adjectivis, sic coeli partes sunt: Sol, Luna, Stellae etc: carmen erit:
Tam nitidum Solem, lunam, Tam Sydera cerno
Sextus modus per comparationem, praeferendo rem una

20. Alteri vel postponendo, ut audax audatior leonæ timidus, timidior lepore, hæc autem comparatio aliter inverti potest si ex comparativo fiet Substantivum; sic pro victore diceres robore vincens vel æquans leones carmen erit:

Robore, marmaricos æquans Superansq leones

Ultimus, isq principalissimus Compendiorum Carminum Omnis generis, iste potest esse: primo pro unoquoq generis Carminis, disce memoriter aliquod venusta carmina Classicorum Poëtarum, Secundo quoties vis fingere fragmentum carminis Vel componere carmen alicujus generis, commemora tibi classicorum Poëtarum carmina et imitare ita: pro dictionibus Classici Poetæ pone dictiones eandem quantitatem Syllabarum Continentes, sicq uno labore satisfacies quantitati Syllabarum, numero legitimorum pedum, et venustati carminis, res pateat in exemplo, Poeta ex hac materia: Poloni jacent fere perempti Compositurus carmen vg: Jambycum Dimetrum Acatalectum, commemora tibi Carmen ejusdem generis illud: Veni Creator Spiritus et sic muta: primo pro veni Jambycum Pedem continente pone dictionem Similem quantitate Syllabarum et pede vg: jacent Secundo pro dictione Creator, Bachium continente pone dictionem similem perempti tertio pro dictione Spiritus pone dictionem similem Sarmatæ et Carmen Simile carmini Classici Poetæ habebis:

Jacent perempti Sarmatæ

Hic est modus universalis et facilis, unò labore quantitati Syllabarum, pedibus legitimis et venustati satisfaciens.

Caput 4tum

De observandis in compositione carminis

§ 1mus

Quae observanda in carmine Latino

Compositurus carmen Hexametrum vel Pentametrum, Nota Primò illud censeri elegans metrum, quod, Verbo, duobus Substantivis, et duobus adjectivis constat; illud verò venustius, qd. ad initium verbum, et duo adjectiva, in fine vero Substantiva habet vg: illud Sarbiewij:
Excubat in
Et niveus roseo regnat in ore pudor.
Nota Secundo insulsum carmen redditur Hexametrum, si in fine quadrisyllaba aut monosyllaba, vox ponatur, ut est illud Virgilij: vertitur interea coelum, et ruit oceano nox. Item cavendum est, nè in versu Hexametro ante Spondeum in fine dictio disyllaba ponatur vg: multi quoque bellant vel plures malè vivunt.
Nota tertio insulsum carmen reddit, si in fine ponatur elisio vg: arma acuebant; Item absque caesuris componatur, hoc est, non ligatis secum dictionibus vg: illud: Aurea scribis, carmine Iuli maximè vatum. Item ne continuis componat

22. Spondeis, sed permistim cum Dactylis. Item ne adverbijs impertinentibus, aut conjunctionibus, impleatur.
Nota quinto in epigrammate, elegia, non debere Sensum trahi ad tertium Carmen; sed semper debet claudi in secundo carmine. in Poemate verò prolixius Sensus trahitur ex uno carmine in aliud, tum propter gravitatem carminis, tum propter exigentiam descriptionum, ut inferius patebit.
Nota sexto in odis quæ horatiano carmine scribuntur, ad Secundam Stropham sensus trahi laudabile est v.g.:

Iustum et tenacem propositi virum
Non civium ardor prava Iubentium
Non vultus instantis Tyranni
Mente quatit solida neq Auster
Dux inquieti turbidus Adriæ.

Illud verò est carmen Horatianum elegans quod â dictione trisyllaba vel disyllaba incipit ut:

Frenate vestro Sydera flammeos
Phœbo caballos.

Nota 7mo. In carmine Saphico cum stropha sensus eleganter clauditur ut in illo Horatij.

Integer vitæ scelerisq purus
Non eget mauri Jaculis nec arcu
Nec venenatis gravida sagittis
Fusce Pharetra

In quo carmine illud observandum est ut Adonius Versus non
Sit per modum appendicis nec seorsim novum incipiat sensum,
sed inceptum prosequat, svavius et elegantius carmen Saphicum
illud est, quod statim post secundum pedem habet cæsuram.
Secundo si carmen Saphicum, à monosyllaba voce incipiat et
dissyllaba post illam ponatur, v.g:

I pedes quo te rapiunt et Auræ

Non indecorum item est carmen Adonium si ipsis substantivis con-
stes quorum adjectiva in præcedentibus ponantur Carminibus.
Nota 3tio. Iambicum illud est præstans quod in fine dissyllabu
recipit vel trissyllabum pedem cum elisione primæ Syllabæ, ut illud:

Auroq; tale fultus et cercum assectis

Anapesticum illud laudatur cujus pedes singuli singulis
constant dictionibus v.g:

Tertia misit buccina signum

Nota 4to. Epitheta debere cum substantivis transponi imo
illis anteponi, ut illud est:

O quæ stelligero rutilans sublimius axe
Frena tenes fati

Nota 5to. Non semper tam scrupulosè ut in prænotatis di-
ximus componendum esse carmen, sed habenda est ratio figu-
rarum, Emphasis, necessitatis, rei exigentiæ, et licentiæ
Poëticæ.

§ 2dus

5.4 De versu Polonico

Carmen Polonicum est oratio constans certo numero syllabarum, non pedum, quia versus Polonicus pedibus non metitur, â numero ergo syllabarum diversas denominationes carmina Polonica, et primum aliud est carmen polonicum trisyllabum id est trium syllabarum aliud Quadrisyllabum, ut est de resurrectione mortuorum:

Kazde ciało
Choc zbutwiało
Na sąd Boży powstanie

Tertio Pentasyllabum id est quinq syllabarum. hoc carmen secundo vel tertio loco vel etiam nullo admittit caesuram, ut est illud Kochanowij:

Szlachetne zdrowie
Jako smakuiesz
Nikt się niedowie
Aż się popsuiesz.

Quarto. Hexasyllabum id est sex. syllabarum caesura illius secundo. vel tertio loco est: ut illud tritum:

Kiedy się chce Nieba
Robić na nie trzeba.

Quinto Heptasyllabum id est septem syllabarum, caesura illius secun vel tertio vel quarto loco ut illa Kochanowij:

Często człowiek chardzieie.
Gdy mu się dobrze dzieie.

Sexto Octosyllabarum caesura illius quarto vel quinto loco ut illud.

Ia się nieumiem frasować

Septimo carmen novem Syllabarum, caesuram habet quarto vel quinto loco, ut sunt:

Milczcie wszytkie Swiata Syreny
Po was smutne nastąpią treny

Octavo carmen decem syllabarum caesuram habet quarto vel quinto loco, seo communius quinto loco habet, ut illud Kochanowij:

Polakow dzieje dlugie się zdaty
Dlugoszu sobie skribę obraty

Nono Carmen Hendecasyllabum id est undecem syllabarum Caesura illius semper quinto loco ut illa:

Prawa są nasze jako pajęczyna
Bąk się przewinie a na muchę wina

Decimo carmen decem syllabarum. caesura illius sexto loco, ut illud Kochanowij:

Wszystkie płacze wszystkie łzy Heraklitowe
Nauki y Skarby Simonidessowe

Undecimo Carmen tredecem Syllabarum. caesura illius semper septimo loco, ut illud de divite:

Kto ma złoto tego są prawa y urzędy
Ten grzeczny ten wymowny ten iest regent wszędy.

Nota Carmina quatuordecem Syllabarum esse in rarissimo usu, Plurium syllabarum in usu nullo.

Compositum carmen est quod ad instar odarum latinarum Horatij diversa genera habet in Stropha, ejusmodi carmen et multiplex

26 Primum hendecasyllabu seu saphica et quartum quasi Adonium v.g.:

Cóż drodza tkane złotym pasmem tkane.
Cóż diamentem drodza nastawiane.
Cóż puch łabenci y Pańskie pokoie
Gdy dzis nietwoie

Secundum, cum primo carmini, cadentia tertij carminis corre-
spondetur; secundo, cadentia quarti, ut:

Dni się dniami popychaią
Czas za czasem uchodzi
Starych pod kamin chowaią
A starzeią się młodzi

Possunt etiam cadentiae mutari ita ut primum et secundum
Carmen in cadentijs sibi correspondeant, item tertium et quar
tum et quintum autem expedet cadentiam, quinti carminis
sequentis, ut illa:

Niech kto za Garronę y Sekwanę żegluie
Niech t krolestwo lilij pieszczone smakuie
Tobie miasto Sorbony
Parnas Ruski wstawiony
Za Europę y Dniepr stanie..
Na trudnym Helikonie młode trawiąc lata
Bogatych się dobiał mądrosci u swiata.

Zna cię Phœb wierszotworny
Zna Tulliusz wyborny
w wymowie. żeż ich Kochanie..

Tertium. cujus prima duo carmina sunt syllabarum octo; ut sunt illa in funere cujusdam: alia duo syllabarum undecem reliqua itidem duo syllabarum octo:

Kto na Zwierzenta zuchwały
Popchnąwszy cięciwą strzały
bo szybko pędząc do celu
litopił grot w sercu wielu

Quartum. quando carmen tredecem syllabarum, primum concordat in cadentia cum quarto etiam tredecem syllabarum duo vero carmina septem syllabarum concordant similiter in cadentia secum. talia sunt in funere cujusdam matris ad filios relictos:

Niepoślednie do smutku frasunku rostoczy
wy paro niezycie
ktorym taż dała życie
Matka bo wrzewnym płaczu wasze oschną oczy

Quintum in quo omnia carmina sunt totidem syllabarum, seo in cadentia concordat primum cum quarto, duo vero media secum ut:

Złe poieanemu przypadki nie chodzą


28 Lubi spolnego przygodu Kompana
Jak parki na Swiat od Gornego Pana
Kazn otrzymały bez miary nam szkodzą
Sextum carmen compositum est in quo metra tredecem Syllabarum in cadentijs sibi correspondent duo alia quinq. Syllabarum pariter in cadentijs consentiunt, alia undecem Syllabarum transponunt, ita ut carmen undecem Syllabarum correspondeat carmini quinq. Syllabarum alijs carmen ultimum sex Syllabarum correspondent in cadentia carmini undecem Syllabarum supra posito, ut est illud:

Co iest czy, Wulkan znowu żyny grzeie
Chcąc ustrzecić Farsaliskie żelazem turnieie.
Dusze Cyklopy
Swemi Steropy

czy Mars na larmo
bije nie darmo
we krwi zajuszony

Septimum in quo duo carmina tredecem Syllabarum quatuor quinq. Syllabarum correspondent sibi in cadentijs, quintum carmen quinq. Syllabarum sine cadentia, relictum quatuor carminibus alijs interjectis quinq. Syllabarum, at ultimis

Carmine quinq Syllabarum cadentiam accipit :gr:



Nota hic primo, præter hos modos componendorum carminũ Polonicorum, sunt plures alij, qui cuiq varios auctores legenti patebit.

Nota secundo modus exornandorum carminum polonicorum idem est ferè qui et Latinorum, quare quidquid dicitur de Carmine Latino quo ad exornationem idem dicendum de Carmine Polonico.

Nota 3tio, vitia præcipua versus polonici hæc sunt:

Primo si pro cadentia ponantur verbum simplex et conpo-

situm vgr: bierzy, debierzy. Secundo si ponantur duo Monosyllaba vgr: plec mlec. Tertio si accentus vocalium In ultima vel penultima Syllaba non fuerint iidem ut: Dzie. będzie. Quarto si pro cadentiis ponantur duo Verbia, prepositiones, vel Conjunctiones vg: dale. ale.. Quinto si ponantur cadentiæ obviæ et frequenter eædem Quales sunt: in wo, sci, au, jac wszy etc: quod si aliqua. Horum inveneris in veteribus Poëtis Polonorum id adscribe. multitudini Carminum non vitio Poetarum.

Caput quintum

De copia Epithetorum comparanda

Sicut Synonymia substantivorum ita et copia Epithetorum, ab ipsa re, ejusq causis desumitur, hæc Epitheta. Magnam vim in carmine habent, tum ad deprimendum, Aut extollendam orationem, tum ad ornatum et varietatem ejusdem bonum quidem medium est habere. ad Manum libellum epithetorum, sed quia minus intelligens sine discrimine quodlibet obvium adjectivum arripit, ad componendum carmen, proinde imbecillitate ejus consulturus sequentes subjungo modos Epitheta. seu adjectiva desumi possunt vel ex re.

Ipsa, vel ex adjunctis illius quæ adjuncta communi illo versiculo exprimuntur:

Quis quid agens? patiens quantum? ubi qualia? tempus

Per particulam quis examinanda est causa, quæ efficit illam rem cui apponere vis adjectivum, item examinanda materia, ex qua fit illa res, item forma, qualiter efficitur, finis propter quem efficitur.

Per particulam quid examinatur effectus rei, quid efficit illa res? quid patitur? quanta sit, an longa, an alta, an profunda.

Per particulam ubi examinandus est locus ubi illa res est inventa, orta, usurpata etc: item qualis sit? an obscura, an lucida, an vivens etc: Expendatur item circumstantia temporis, quo res illa facta est an meridie, an vespere, an die, an nocte, etc: res clarius exemplo pateat.

Si huic voci arma velles addere adjectivum? quære primo, quis arma fecit, et respondebis Poëtico more: Vulcanus vel Cyclopes, apella igitur arma Vulcanea, vel Cyclopea, quære ex qua constant materia, et dices ex ære, ferro, argento, etc: dic igitur arma ærea, ferrea, argentea, quære tertio quæ est armorum forma? respondebis: v.g: fuit thorax squamatus,

Pictus, colatus figuris; arma erunt squamata, picta, etc:
Quære deniq quis finis armorum? respondebis bellum, pugna,
Victoria, triumphus etc: dic igitur arma bellica, pugnantia,
victricia etc: Secundo expende actionem, sive illa quæ
per arma efficiuntur, ut sunt: sanguinis profusio, Horror,
formida cædes, dic igitur arma sanguinolenta, tristia,
cruenta, funesta, honesta, exicilia horrenda etc:
Tertio expende passionem sive illa quæ arma patiuntur
aut quomodo tractari possunt: ut solent cudi, quassari,
torqueri, etc: Hic dices arma cusa, vibrata, quassata, torta, etc: Quarto quantitas rei perpendatur, quam scilicet, alta, profunda, lata et longa, hinc dices arma
ingentia, elata, oblonga, etc: Quinto qualitas rei consideret, quæ si vivens sit tam illa quæ animi quam corporis
est, et tam affectuum, quam sensuum ponderetur si vero non
vivens externa species illius tantum consideranda est
Unde arma respectu sensuum nostrorum (: sub quo
cadunt:) sunt, vg: visu splendida, corusca, rutilantia,
Aspera, dura, vel etiam mollia, levia, gravia .. qualia auditu, Horrisona annuba sonantia, et qualia
respectu hominis dices. Sexto considerandus est locus ubi orta res aut inventa, unde arma dices Æthnea
Quod fingatur in Æthna à Vulcano cudi. Septimo

Temporis consideratio nonunquam juvat, quo tempore orta sit res, unde arma matutina, importuna subita diceres. 23

Praeterea persona ad quam res spectat suppeditat epitheta ita. ab Achille, Hercule, Marte, arma diceres Achillea, Herculea, Mavortia. Praeter haec epitheta illa etiam pulcherrima sunt, quae petuntur à Methaphora, possunt ea ijsdem fontibus hauriri quibus propria personae tamen et qualitatis consideratio hic maxime fecunda est. Quidquid enim de persona quae in usu armorum versatur, dicitur: id translatè ad arma refertur. Quaere igitur quis est armatus? et dices vg: Gigas, Heros, Miles, rusticus, civis, hostis, amicus etc. prima ergo dices Gigantea, Heroica, Militaria, rustica, civilia, hostilia, amica, Quaeres iterum qualis iste miles et si respondebis quod sit ferox, crudelis, sceleratus, atrox vel clemens, fidus, infidus, violentus, invisus etc: ijsdem titulis donabis arma etc: etc: Pulchra sunt adjectiva illa, quae petuntur ab eruditione ad faciliorem autem inventionem eruditionis juvabit te sequens tabula breviter aliquas comprehendens eruditiones

Arcus Trojani	Fortuna Pandone
Ambitio Alexandri M.	Felicitas Amalthaea vel Antonij
Avaritia Veris ...	Frons Catonis

Aurum Crœsi
Arbitrium Catonis
Ærumnæ Deciorum
Ardores A bici
Aræ Busiridis
Aculei Theonis
Abstinentia Trajani
Amores Veneris
Bilis Cecropiæ
Brevitas Laconica
Consilium Nestoris
Fastitas Damodis
Constantia Milciadis
Constan Alexandri M.
Comitas Theodosij
Crudelitas Phalaridis
Colossus - Rodius
Cervix Lernæa
Deliciæ Cleopatræ
Domus Neronis
Doli Græcorum

Fraudes Pœnorum
Furiæ Martis
Horti Hesperidum
Impetus Scipionis
Iustitia Areopagi
Inconstantia Protegi
Iudicium Paridis
Invidia Parcarum
Liberalitas Thyti
Lucerna Cleantis
Mora Fabij
Mendacia Cretensium
Modestia Augusti
Mors generosa Socratis
Muri Babilonici
Magnificentia Cyri
Munificentia Adriani
Mel Atticum
Molities Asiatica
Methamorphosis Actæonis
Nemus Lucilli
Nives Rodopeæ
Oculi Lincei
Otia Hannibalis
Odium Vatinianum

Promptitudo Pompei	Species Helenæ
Prosperitas Marij	Spongia Vespasiani
Pietas Mettelli	Simulacrum Iovis Olympici
Piramides Ægitiæ	Scena Roscij
Pectus spartanum	Turris Pharia
Pluma Sardanapali	Thesauri Lydiorum
Purpura Thyti	Terror Pannonicus
Pondus Sisyphisum	Trophea Milciadis
Pocula Bacchi vel Circes	Tenebræ Cimeriæ
Risus Democriti	Templum Dianæ
Rumor Phaëtontis	Tellus Vulcanea
Solertia Hannibalis	Vis indicendo Demostenis
Supercilium Catonis	Verecundia Scipionis
Secreta Pompei	Vestis Frigia
Sepulchrum Mausili	Vellus Iazonis
Seges Cadmea	Virga Mercurij vel Promæthidi
Secula Saturni	Urna Æaci etc:

Caput Sextum

Quibus modis nomen aut verbū in phrasim disponi possunt

Primus modus, quod apte epitheta sive propria sive appellativa in Phrasim disponuntur, est hic. Accipe locutionem constantem verbō personali et nominativo cui casui Adde adjectivum sive proprium sive appellativum vg:

3. Ad hanc locutionem Lapis gravat Adde adjectivum proprium vg: Sysyphæus. deinde hoc epithetum quod addidisti Nominativo, resolve in substantivum a quo provenit vg: Sisiphæus, Quia provenit â Substantivo Sisiphus, dices loco adjectivi Sisiphæus lapis, per quotiescumq lapis Sisiphi. Similiter adjectivũ Appellativum vg: durus habet Substantivum durities Pariter dices per quotiescumq durities lapidis gravat, tandem ad utrumq substantivum adde epitheton proprium vel appellativũ et habebis simplicem phrasim Poëticam vg hanc: Sudantis rigidus Sysiphi lapis gravat. vel ingens prominentis lapidis gravat durities.
Secundus modus formandæ phrasis, â circumstantia rei, dum substantivo vg rosa additur adjectivum sive proprium vg rosa Venerea convenit rosæ et habebis rationem, quia rosa Veneri dicata est, et juxta fabulam, sanguine illius picta. Unde dicere posset per hunc modũ jungendo rationem inventam cum rosa sic: vg: Veneris flos sanguine pictus Similiter adjectivo appellativô additô vg: rosa purpurea Quære cur dicitur purpurea? quia colorem similem Purpuræ habet proinde diceres: Flos qui purpureas explicat ore comas. Quidquid diximus de substantivo idem dicendum de adjectivo, formando ex illo substantivum et illi substãtivo addendo aliud substantivũ etc; idem dicendum de Verbo in substantivũ illud transferendo ut supra diximus

Tertius modus formandæ phrasis: Notatio troporum ad calamum Dictatorum quare expressurus simplicem Sensum cultius advertat Quis tropus commodior, qui melius adornet rem, sic vg. si hunc Sensum: latè fluunt aquæ phrasi efferre intenderet aliquis, posset loco verbi proprij, fluunt ponere methaphoricè Decurrunt huic etiam Substantivo aquæ addere vg. murmurantes, vel glomerantes et sic proffere cultius: vastô margine decurrunt murmurantes aquæ, vel hunc Sensum simplicem, gladio vulneravit hostem metaphorâ Sic posset adornari Victor gladius bibit de Hoste fusum cruorem hunc Verò Sensum: Poloni Senatores Turcis malè præcantur Sic aliquis per allegoriam posset ornare, Sarmatici Regni Soles adeo Sunt avari lucis Serenissimæ, ut Semper Lunam Othomanicam intendant extingvere et umbris Cimerijs committere vel hunc sensum: pugnasti per periphrasim: Vibrabas ad vulnera ferrum frequentissimè tamen præter alios tropos usurpantur â Poëtis genus pro Specie vg: Velut Inter ignes luna minores, ubi ignis accipitur pro Stella Species pro genere vg: Quercus pro arbore, pars pro toto Vel vicissim totum pro parte, prora pro navi, tectum pro Domo, rerum inventores ponuntur pro re ipsa, Seu propria

>8 Nomina pro appellativis v.g. Ceres pro pane Vulcanus pro igne., Nota hic statim quod ad elocutionem Pöeticam Spectat, ut Poeta habens notitiam figurarum sensum simplicem jam phrasi adornatum, per aliquam figuram Efferat, ut elegantius reddet carmen advertat prœterea ne in Carmine ponat adjectivum vanum et non necessarium, sed debet esse v. metaphoricū, v. exagerans rem, unde multum Neovates errant qui nisi propter complementum carminis ponunt adjectiva. Nota secundo quod elocutio Pöetica Consistit etiam in similitudinibus comparationibus contrarijs etc: et hæc interim sufficient de formanda phrasi plura ore tenus dicentur, et lectio Poetarum Classicorum suppeditat

Caput septimum

De Poesi Particulari

§ Unus

De Poesi Epigrammatica

Epigramma quo ad nomen ex græco significat inscriptionem, ideo quia apud veteres inscribebantur epigrammata, Statuis Colossis, Altaribus, Clypeis, navibus, Trophæis, Domibus, Urbibus etc: quo ad rem est: breve pöema Clare describens aliquam rem cum ingeniosa conclusione Dixi breve pöema per hoc enim differt ab Elegia et pöemate, omnia enim hæc sunt longiora, epigramma est duplex aliud simplex aliud compositum, Simplex est, quod Tantum simpliciter describit rem sine ingeniosa ratione, Compositum est quod rem describit cum aliqua addita inge-

nia la ratione seu conceptu, Item aliud est Epicum quod conti- 39
net alicujus laudem vel vituperium, aliud Comicum quod
includit in se artificium alicujus rei vel jocum, aliud Tragi-
-cum quod continet dolorem vel mortem alicujus, Item ali-
ud est exornativum aliud Deliberativum aliud Judiciale
â subjecta materia. Sed has divisiones expendere parvi mo-
menti res est. Nota virtutes epigrammatis esse tres
brevitatem, claritatem, et conceptum, brevitas debet esse,
ut epigramma n̄ excedat ultra viginti quatuor carmina
Aliqui etiam trigesimum versum excedunt, ut P: Massenius
inquit, quandoq hæc brevitas in uno etiam carmine adhibetur
ut apud Martialem legitur:

Omnia Castor emis sic fiet ut omnia vendas.

Secunda virtus epigrammatis est claritas quæ in hoc consi-
stit, ut non ponantur eruditiones obtrusæ, verba obsoleta,
sensus remotè translati. Tertia virtus epigrammatis acu-
men seu conceptus ex combinatis circumstantijs rei epigramā
te descriptæ erui solet. Nota primo n̄ requi-
ritur ut in epigrammate non semper sit quæstio aperte posita.
Ut leges postea apud authores varios, in quibus occulte sæpissime
ponitur, si autem pones quæstionem apertè, illam formare poteris
vel per figuram rejectionis v. Apostrophe v. Interrogationis,
cui respondebis per figuram responsionis includentem in se
ingeniosam rationem. Nota secundo epigramma potissimū
scribitur carmine Hexametro, et Pentametro; potest etiam scribi
Phaleucio, scazontico, et Iambico. Quod si scribitur Hexame-

tro et Pentametro Sensus semper claudi in duobus carminibus; nec ultra extendi debet; id tamen n̄ observatur in Phaleucio, Scazontico, et Jambico versu scribitur, quia verò novates maximam difficultatem habent in acumine inveniendo proinde hic dicendum restat nobis de illo investigando. quod demonstrabit.

§ 2dus

De acumine et ejus fontibus

Conceptus quo ad vocem idem est quod argutia et acumen. Quo ad rem est ratio ingeniosa et inexpectata alicujus rei. Dicitur ratio quia quilibet conceptus debet habere proportionem, supra quam conceptus sunt formandi dicitur ingeniosa et inexpectata quia ratio potest esse inexpectata et non ingeniosa. ad Conceptus formandos bene, debet formari Quaestio supra illam materiam, supra quam scribendi sunt conceptus, et sic per illam quaestionem quasi interrogando se, et Respondendum est conceptuosè, ingeniosè, et inexpectate.

Fontes conceptuum sunt duplices; alij in verbo alij in sensu; Conceptus in verbo est acumen, in una et altera nonnisi voce contentum. Conceptus in Sensu est acumen in uno aut etiam altero toto Sensu contentum.

Fontes conceptuum in verbo sunt tres.

Primus fons est aequivocatio. porrò aequivocatio est vox habens significationem multiplicem, dum ergo talis vox explicatur bene sensui fit conceptus v.g. illud epigramma ubi amicus amico mittit poma: Convenisse suis dicebam nomina rebus
Cum porrexisses tam mala mala mihi

Et illud de uno, qui sæpè in jus rapiebatur:
O! gdy byś tyle lat, ileć dano rokow
Przeżyłbyś Matuzala, y starych prorokow
Et illud Martialis, in Faustum Musicum mendacem:
Dum promissa negat, dum veris falsa remittit
Tot tibi, cum fidibus, Faustule, nulla fides.
Secundus fons conceptuum est Paranomasia porrò Paranomasia est quando ponuntur duæ voces similes sibi quo ad literas, habentes tamen significationem diversam, aliter vocatur hæc Paranomasia lusus in verbo, ut: Stella, Sella., Orator, Arator etc: ex hoc fonte est conceptus ille:
Undè suum quæris ducat cerevisia nomen
Quod cerebrum viset sæpè, Sabelle tuum
Tale item est de polonis â Turcis Patriam vastantibus, ac fame pressis:
Invictos olim populos, populatur egestas
et famâ insignes conficit ægra fames.
Et illud Patris Labbe ad Beatissimam V. M.
Gaudeo te Virgo in terris sine labe fuisse
Non tamen in Cælis sis sine Labbe precor.
Tertius fons conceptuum in verbo, est annotatione nominis, Annotatione nominis fit conceptus dum damus rationem Quare res illa, habeat tale nomen, Sic P: Bartochowski De Sancto Stanislao Kostka:
Alea quam felix fueras cognomine tecum

1°. Ut Judæi odio migrat et ipse Deus
Et illud de Sancta Rosa se dire cruciante
Quid mirum teneros virgo pia verbat artus
his decet incinctam vepribus esse rosam

Quartus fons conceptuum in verbo ab anagrammate. anagramma est quando per mutationem literarum, alicujus dictionis vel sententiæ eruitur alius sensus ingeniosus. anagramma est duplex: aliud purum aliud impurum. purum est in quo idem literarum numerus et eædem ponuntur, sed tantum mutato ordine vg: Vladislaus, laudis laus; Leopoldus, pello duos; Varsavia, vis avara. Impurum est quando aliqua litera programmatis detrahitur, vel immutatur v. plures quam sunt in programmate ponuntur in annagrammate. Ut vg: dolor, olor; sonus, onus; Sanctus Joannes Baptista, cantus sapientibus aosta.

Annagramma constat partibus duabus, programmate et annagrammate, programma est illud, ex qua componitur anagramma, anagramma est illa dictio quæ componitur ex programmate unde ab anagrammate fit conceptus. Quando alicujus vocis immutatur ordo literarum et talia vox eruitur; sic ex nomine Maria Magdalena, anagramma erit, grandia mala mea, v. ame grandia mala, quod non nemo carmine sic protulit.

Grandia quæ patior mea sunt mala, vulnera monstrant

E crucis infami stipite Christus agit.
Magdala sub cruce flens â me maia grandia clamat
hæc meus ah turpis vulnera fixit amor.
Fontes conceptuum consistentium in sensu toto sunt. primo est reflexio moralis ad mores humanos sic P: Labbé, de sole qui ortu suo latam projicit umbram:
Sol orgens longas sapargit, dum nascitur umbras
Invidiam quivis nobilis ortus habet
Secundus fons conceptuum in sensu, sunt contraria, paradoxa Repugnantia, porrò paradoxa sunt quando tales res secum combinantur quæ nullatenus simul stare possunt, iste fons conceptuum debet sic formari: ut combinentur sibi voces contrariæ secum, seu habentes diversam et contrariam significationem Sic P: Ines supra prepositionem: cięsza Kalita prozna niżeliey w ktorey pinięd̄ze:
Choć pełny groszow mięszek, przeciesz lzeyszy bywa
Wierzcieszmi bardziey cięzy gdy zniego ubywa
Et illud de mortuo juvene in ortu solis.
Smierć porządek zmieszała przy zwykłey swobodzie.
Runo bierze młodziana at zachod na wschodzie
Et illud de tumba Sancti Ignatij stellis radiante:
Extinctum te Sancte Pater vix credo fuisse
Si tua mors stellis et tua tumba micat.
Et illud cujusdam in villam Zimna Woda dictam a scythis combustam:

Zimney wody od ognia nie potkała szkoda.
Bo jakosz mogła kiedy zgorec zimna woda.
Tertius fons conceptuum Eruditio dum ~~loco conceptûs~~ effertur
Aliqua erudítio serviens illi rei supra quam dandus est conce
ptus et combinatur apte cum ea. v.g: ut Sautel de Sancto Stephano:
Dum Stephanus mollire animos dulcedine vocis
Tentat et imperio Tudere Christe tuo
Æmulus antiquo fidibus dum luderet Orpheô
Ad se nil præter saxa ferasq trahit.
Et illud de Cardinali, Oratori insigni;: Vaticanæ purpuræ
Patribus est adscriptus ne Mercurio esset Galerius
Quartus fons conceptuum est â quantitate rei, dum consideratur
An res sit tota an parva an magna, lata an angusta, et
exinde eruitur conceptus, sic de B: Virgine media depi
cta quæ vocatur major:
Dimidiam te diva parens prestentat imago
Hinc mihi quam pronum dicere major eras.
Quintus fons conceptuu est â qualitate rei, dum consideratur
Color, seu qualis est res, an deformis an elegans etc. Sic de
Lescone albo I: Ines ab ipso animi candore dictum crederes,
et elogium istud indolis fuisse non pij, Sic de Sancto Xaverio
Indos baptizante: Hic primus docuit posse lavari Æthiope.

Sic de Christo crucifixo P. Juglarec; amoris extasim passus,
Elevatus, et ipse in äëre est.
Septimus fons conceptuum ex habitu dum consideratur an res
Sit nuda, an tecta, et quo vestita, Sic de Sancto Paulo Eremita,
Palmis contecto:
Totum te palmis vestiri Paule necesse est,
Namque fuit toto corpore victor eras.
Octavus fons conceptuum est Situs qualiter res aliqua jace-
at sive sedeat, sive stet etc: item an sursum an deorsum pro-
tendatur etc: Sic P. Dieniszewski super stemma Domus [illegible]-
tonum binæ securis unius in Cœlu protensæ et alterius inter-
ram, eruit conceptum:
Una petit Cœlum Præsul petit altera terram
Et Cœlum et terras ædificare potes.
Nonus fons conceptuum circumstantia temporis, dum considerat
Quo et quanto tempore fit vel durat, vel perit aliqua res, Sic de
Sancto Kostka qui canem infernalem de nocte abegit:
Vespere Styx aderat, puduit certare superbam
Cum tenero puero sole vidente Stygem.
Et super eandem materiam aliud:
S. Pluribus ut stellarum oculis spectaret Olimpus
Vespere debuerant prœlia tanta geri.
Decimus fons conceptuum sunt proverbia, seu phrases
usurpatæ ab omnibus, sit exemplum hujus de Juda suspenso:
Nie utonąłeś w morzu Judo przy Chrystusie
Boś miał pójść nie zadługo na gałąź wiszsie.

Et illud in rudem hominem:
Doctior es musis et Phœbo doctior esse
Si foret ex omni stipite Mercurius
Et illud de Boleslao audace, qui canibus disceptus esse fertur
Niesziw smiały Bolesław że psy roszarpany
Tak smiały każdy od psow byna pokłsany
Undecimus fons conceptuum causarum combinatio quando scilicet una ratio præter expectationem vulgi, cum alia combinatur rei assumptæ, ex hoc fonte est illud thesauri, de ape electro: Quæris cur apis in electro? fimo genita, in gemma mori voluit, ut obscuritatem natarium illustri obderet.
Aurea apum Regina, comparem sibi regiam comparavit cere am designata
Sunt et alij fontes conceptuum, ut comparata. cum scilicet unius rei cum alia instituitur comparatio per se. Si oppositione aut alienatione rerum permista fluat etc: etc: reliquos modos conceptuum, uniuscujusq reflexio supra argutias, sive lectas, sive legendas, sive auditas sibi eruat.

§ 2dus

De alijs artificijs

Præter dicta restant adhuc quædam epigrammata artificiosa, Primum Ænigmaticū, porrò Ænigma nihil aliud est nisi Quæstio seu sensus perplexus quo aliud verbis quæritur aliud sensu, pro responsione eruitur, ex proprietatibus et similitudinibus ejusdem rei, verbo, Ænigma est quando sub obscura allegoria efferimus, et simul illud paradoxi immiscemus.

Exempla Ænigmatum varijs discursibus inservientia et praxi subijcio

ATRAMENTUM

Candida mater erat genitor fulgore coruscus
At facies nati tota colore nigra

BACULUS

Cui natura oculos, aures, animamq negavit
Hic tamen est cæco duxq reduxq viâ

BOMBARDA

Vulcanus genuit, peperit natura Minerva
Edocuit nutrix, ars fuit atq dies
Vis mea de nihilo est, tria dant corpora pastum
Sunt nati strages, ira ruina fragor

CALAMUS SCRIPTORIUS

Non caro non os sum sed carnis et ossis alumnus
Elinguis linguæ commoda mille fero.

FUMUS

Sunt mihi sunt lachrimæ sed non est causa doloris
Est iter ad cælum sed me gravis impedit aër
Et qui me genuit, sine me non nascitur ipse
Idem polonice:

Gdy spokoyne powietrze niekocham niziny
Pod niebo wylatuię, a ten co mię rodzi
Nigdy na swiat bezemnie syna nie wychodzi

GLACIES

Unda fui quondam quod me cito credo futuram

Crinea ventre gero lumen in vertice. Nudo
In sede incipientem dic mihi cum quis ego

Hunc rigidi Calis durius conexa catenis
Nec calcata pati possunt, nec nuda teneri

PILA

Non sum cincta comis et non sum cincta capillis
Intus enim crines mihi sunt quos non videt ullus
meq manus mittunt, manibusq remittor in auras

FRAMEA

Jestem rzecz niezbyt wielka a mam w sobie duszę
Przecię o swoiey mocy nigdy się nieruszę
Mam głowę czasem złotą mam też y dwa pasy
Mam odzienie skorzane, a cierpie niewczasy
Nogi mam podczas żutre mam y coś swiętego
w sobie, a życia ludziom uymuię dłuższego

CORVUS

W czerni ia zawsze chodzę imie moie słynie
Z tąd, że zawołam jutro, jutro połacinie.

PHÆNIX

Niemam oyca ni matki a przecie się rodzę
Długo żyiąc, w potomstwo wychodzę
Do ognia ktore życie a popopiol ie daie
Tak nigdy familia moia nie ustaie.

Nota primo ænigma scribens debet rei circumstantias quam vult ænigmaticè efferre optimè expendere easq principaliores, ad descriptionem ænigmatis assumet, et hæc ipsa Adjuncta, iterum sub similitudine alicujus rei describet.

Nota secundo in ænigmate nulla debet fieri mentio de re illa quæ ænigmaticè exponitur, seu ipsum nomen non

Debet in-cludi in ænigmate, alias non esset ænigma.

§ 3tius

De Grypho et Logogrypho

Gryphus, est obscurus sermo alicujus rei nomen describens per Literas, sive naturalibus sive artificialibus formis illas asimilando, vg: litera vocari A potest, princeps litera, Regina literarum, caput alphabeti, tectum domûs, pyramis plana, præcincta, B prima comes principis literarum, duo unci Columnæ, vel trabi, vel palo juncti, C dimidium Lunæ, v Sphæra, medius circulus, v semicirculus, arcus sine nervo, annulus medius, Iris, dimidium orbis, D arcus intensus, semicirculus palô junctus, orbis medius columnæ appensus, E Tridens, secunda vocalis, F falx præcincta, bidens, G falx messoria, dimidium sphæræ caudâtum, H Aspiratio, duæ columnæ ligatæ, scala unius gradûs, I columna lancea, pyramis colossus, linea tecta, obelicus hastas L patibulum inversum militare, falx quinquagena, M Tripes, duplex V inversum. N bina columna præcincta, tectum domus cacumine. O circulus, orbis, sphæra, Sol, Luna plena, oculus, annulus, sertum. P clava, vexillum, semicirculus alligatus palo in superficie. Q caudata sphæra, stemma dictum, fascia. R Romæ caput, dens caninus, quarta pars rotæ, S serpens, anguilla, sibillus serpentis, T crux sine vertice, anchora tau V cornua thauri, uncus erectus, arcus non intensus erectus. X decem, crux Andreæ, Y cornua in columna,

Sexta vocalium, **Z** clausa alphabeti, v corona suprema literarum,

Ex fonte est Gryphus in Violam,

Cornua præcedunt fulcro committe deorsum
Infert se medio tertia sphæra loco
Uno firma dein sequitur pede flexa columna
Extremô gaudet saucia luna situ.

in Ver

Prima petit gemino fulgentia sydera cornu
Pronior in luctus triste secunda gemit
Extremas si nosse velis statione locatam
Dissertum Cælo porrigit illa caput.

Gryphus potest etiam fieri in pictura, quando dictiones quæ debuerant calmô vel literis scribi, pinguntur sive totæ sive dimidiæ assimilatæ rebus viventibus vel non viventibus. Sic v.g. Si per hunc modum gryphi velles exprimere hanc dictionem dolor scriptâ literâ D olorem depingeres, qui cum litera d, junctus faciet hanc dictionem dolor. Item hanc vocem expressuris, bidens; sriberes bi et pingeres dentem.

Logogryphus est obscura alicujus rei per syllabas vel literas descriptio, habentes similitudinem cum aliquibus rebus.

Sic describitur Papaver:

Fronte gero papam ver plantas frondibus ornat

Item hæc vox Cornix:

Res volat in sylvis, nigrò vestita colore
Si caput abstuleris res erit alba nimis.

Nota primò, Logogryphus solet misceri cum Grypho, quod tunc temporis fit; quando ponuntur literæ per similitudinem et simul voces per detractionem, additionem, talis est hic describens hanc vocem Nil:

Cauda gerit baculum noster negat omnia vertex
Ridet at in medio fronte jacente puer.

Nota secundò ordine: in capite vel vertice gero, hoc est in principio, in ventre, hoc in medio, in pedibus aut in cauda hoc id est in fine: res pateat exemplo Rosa:

Deme mihi Trojam diversô nomine dices,
Restuis demptam me sibi flora rapit
At si forte meum divellat Sarmata finem
In faustum cunas me recreare juvat.

Ver.

Integra mortales, si dictio compleat aures
à nullo quidquam gratiùs ore venit,
Si tamen una suo dematur litera fini
Vox tantis mox erit illa Stygis.

§ 4tus

De carmine Chronostico

Carmen chronosticum ex Græco ________ idem significat quod tempus, inde carmen Chronosticum, est in quo ponuntur literæ exprimentes annum numerô Eclesiasticô ad hoc carmen requiritur notitia numeri Ecclesiastici quod vg:

52 <u>M</u> valeat mille, <u>D</u> (500), <u>C</u> (100), <u>L</u> (50), <u>X</u> (10), <u>V</u> (5), <u>I</u> (1) unitatem significat.

Sic expressimus annum præsentem, quod posuimus ad finem tituli Poëseos.

Nota hic, si tibi non intrabit litera <u>C</u>. potest poni duplex <u>L</u>. idem quod centum.

Nota secundum, si scribitur tale carmen litera <u>M</u> mille significans etc: literæ significantes numerum Ecclesiasticum, debent formari majori alphabeto reliquæ verò non significantes Ecclesiasticum numerum scribuntur minori, hoc carmen, non debent intrare plures literæ numerum Ecclesiasticum significantes nisi tot quot requiruntur ad exprimendum annum.

§ 5tus

De Carmine Cabalistico

Carmen Cabalisticum est quando ad exprimendum aliquem Annum vel tempus aliquod (: literæ :) quarum quælibet habet sibi numerum assignatum :) illæ tantum congregantur Componentes vocem, quæ suis numeris in unum collatis illum Annum exprimit, ad hoc clarius intelligendũ pono numeros literis præfixos

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	20	30	40	50	60	70	80
A	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	o	p	q	r

90	100	200	300	400	500
s	t	u	x	y	z.

Nota, diphtongus in hoc carmine tot valet quot valent literæ ex quibus componitur. Sciendum præterea,

9 1 40 — 70 30 50 20 40 9 1 9
i a r — m c l i n i k

Quod non debent plures aut pauciores inveniri literæ, quàm ut designent numerum anni. Si quidam expressit annum 1. 6. 8. 3 de Christo passo.

Impia barbaries, quam Numen in erme cruentus

Sic et annum præsentem nempe 1732, exprimeres in laudem eorum canendo carmen, qui Student Poëseos hoc anno:

Aurea Serta virent pindo sacrata bifronti

287, 276, 434, 163, 276, 296

287		163
276		276
434		296
997		735

997
735
1732

Eundem annum et hoc carmine exprimeres:

Invia felici successu tempora vive

259, 52, 686, 326, 414,

§. 6tus

De carmine Protheo et Cancrino

Versus Protheus est qui multis vicibus variari potest. appellatione desumpta â Protheo qui teste poesi: formas se vertit in omnes tale est carmen de Jesu:

Tu mihi sis vates sis doctor parvule Jesu

Et illud tritum de Beatissima:

Tot tibi sint laudes Virgo quod Sydera Cœli.

Carmen Cancrinum ita dictum â similitudine Cancri;

Retrograde procedentis est; Quando voces eædem et verba imo etiam et literæ, â fine versûs sursum legi possunt, et carmen Poeticum conficiunt manente eodem sensu. aliter dicitur idem carmen serpentinum vel retrogradum tale est illud:

Ignati levis et summus te si velit angi.

Et illud: Otto tenet mappam madidam mappam tenet Otto

Et illud tritum: Roma tibi subito motibus ibit amor

Facilior est modus carminis cancrini; in quo non literæ, retro legi sed integræ dictiones possunt, etiam sensu mutato, ut illud commune: in sensu Catholico sic legitur:

Patrum dicta probo nec sacris belligerabo

Et in sensu Hæretico ita:

Belligerabo sacris nec probo dicta Patrum.

§ 7mus

De carmine Leonino Achrostico et Echonico.

Carmen Leoninum est, quod in medio et in fine cadentiam habet; hæc autem potissimum post secundum pedem incipit: ut illud:


Intima per mores cognoscimus exteriores.

Item de Sancto Donato:

Solem Donatus se comprobat esse beatus.

Carmen Achrosticum est, quod vel in initialibus vel in medijs v in fine positis literis vel omnibus his tribus locis collocatis certam aliquam dictionem exprimit. v.g:

Carmen infinitum



7.

Do zwadliwego Małżeństwa

Mąż ty, a żona równo obyczaje macie;
Czemuż się wtedy dziwnie, że oba nie zgadzacie;




8.

Do Michała

Pytasz mię, wiele mam lat? nie mam ich nic cale;
Bo tych, które minęły, już nie mam, Michale.

9.

Na kupującego książki, a nie czytającego

Nie czytasz, a sprowadzasz książek wiele i dalekich:
Mądrzejsza nad twego Pana jest Biblioteka.

10.

Na tego, który iest w szczęściu hardy;
a w biedzie pokorny.

Gdyś iest w szczęściu, omiiasz każdego zdaleka:
Gdyś w biedzie, nie masz rad się [illegible] człowieka
Gdy ci szczęście służy, wszystkich odrzucasz z pogardą:
Wszystkim płacisz za [illegible], odpowiedzią hardą:
Gdyś w nieszczęściu, kłaniasz się [illegible] na dzień
Potym bywać: więc zostaway zawsze w biedzie

11.

Na Chorego nie wystrzegaiącego
się zdrowiu rzeczy przeciwnych.

Dziwuiesz się, czemu to tylé dni, i nocy
Trzyma febra natrętna ciebie w swoiey mocy.
Z miękkiey z tobą pościeli, leżąc, [illegible]
Z tobą w winie, z tobą u stołu zasiada:
Takie maiąc wygody, i takie dla siebie,
Chcesz, by poszła do kata twa febra od siebie.

12.

Na [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]
[illegible] [illegible], cztéry tylko żeby [illegible] miał [illegible]
[illegible], w [illegible] a dwa, w [illegible] [illegible] posta.
Już teraz [illegible], [illegible], [illegible] [illegible] [illegible]:
[illegible] [illegible] [illegible], [illegible] nie zaszkodzi.

13.

Toż samo do Żywego [illegible].

Jak [illegible], pięć tylko słowow, [illegible] [illegible],
[illegible], w iedney, a dwa w drugiey [illegible], postrzeż
Już teraz [illegible] się [illegible] [illegible] moia rada:
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nie [illegible] [illegible].

14.

Na Dłużnika.

I [illegible] dać musisz dać i Patronowi...
[illegible], coś winien, dadź Kredytorowi.

15.

O [illegible].

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] te [illegible] [illegible] [illegible] żeby nie [illegible]

16.

Illud de Christo in orbe eucharistico latente

Adoro flammantis qui Te vertit culmina PhæbI
Divino Cæli omnium v-Enerabor hono r-E
O Deus olesæ reparatoR Christe Saluti-S
Rurigenæ tecto Cerens Tibi Supplico vult-V
Oroq prostratum ne t-Emnalo visere servuM

Carmen Echonicum est, in cujus versum medio vel fine media ferè vox repetitur v.g.: clamor, amor, bonus, onus, tale est illud De Olore:

Cum me fata vocant ad amœni fluminis ora
me, moriens mœsto carmine solor Olor.

§ 8vus

De carmine Correlativo, Concordanti, et Cephalonomastico

Carmen correlativum est: in quo voces superioris carminis cum vocibus carminis inferioris sensum certum faciunt. Tale est illud epitaphium Sancti Bernardi:

Instructus, velox, sublimis, pauper, abundans,
Artibus, ingenio, sanguine, veste, bonis,
Præbuit, instruxit, dispersit, respuit, emit,
Exemplum, fratres, danda, cavenda, polum,

Et illud de quodam:

Pastor, Arator, Eques, pavi, colui, superavi,
Capras, rus, hostes, fronde, ligone, manu,

Carmen concordans est, in quo voces nonnullæ desumptæ ex primo carmine compleant secundum versum, et sensum

Perficiant etiam in sensu contrario conveniendo tale est illud:

canis stabuletur servat
Si in cunis ovilia
lupus latitavit vastat

Item de Sanctissima Eucharistia:

Qui pit cum stum pit tem
ca Angeli pa ca ille salu
Qui ret co stu ret te

Carmen Cephalonomasticum est quando cujus libet dictionis in versu initiales literæ cum alijs sub se positis, sensum aliquem faciunt tale est illud supra nomen Sancti Laurentij:

Lilia Laurenti Longo Libata Labore
Accipis Aonijs Additus Ardor Aquis
Vicisti Varios Vernanti Vertice Vates
Rupe Regens Rigida Relligione Rudes
Elatis Evectus Equis Excedis Eoos
Nam Nive Nestorius Nobiliore Nites
Tyre Triumphantes Titulos Testudo Taceret
In laudes Ingens Ignis Inire Iubet
Vatidicũ Vates Validissima Verba Vocanti
Suggere Scylleticũ Sic Superabo Sinum

S gnus

De carmine Pyramidali, Collosso et reliquis generibus Epigrammatum.

Carmen Pyramidale est: quod ê varijs carminum generibus scribitur ad instar Pyramidis; minora scilicet carmina ab initio Longiora verò ponendo, quâ descenditur ad finem. eo genere carminis conscripta est laus Herois Sarmatici:

Aurea traxit
Heros tempora patriæ
Et gladio reparavit avum
Audaci merito bella terendo manu
Quam cives Superiq colunt geminantq coronæ etc:

Versus Collossus est qui ad instar collossi scribitur ut quidam de Joanne tertio Rege, Romæ:

Eia Polonia
Rumpite pectus
Scindite corda
Morte jubente
Reddite sævis
Planctibus ora
Lumina crebris
rivis
Laxa fluenta
Ducite luctus
Sic dolor urget

Roma regia

Dai Surowy Ordy

59

Nempe Joannes — Nempe Joannes
Pro dolor ingens — Pro dolor ingens
tertius ille — tertius ille
Inclytus olim — Inclitus olim
Lechicus Hector — Lechicus Hector
Julius Armis — Julius Armis
Maximus ille — Maximus ille
Concidit Atlas — Concidit Atlas

Carmen Archimeticum est quando vocales quinque a, e, i, o, u, ita collocantur in carmine ad faciendum numenum aliquem, Quo ordinis numero post se ponuntur tale carmen est sequens:

Populeam virgam Mater Regina tenebat

Explicatio illius est talis, erant triginta homines in Navi, Quindecim Christiani, et quindecim Turcae, ingruente procella Exoneranda erat navis, quod peragendum sortitione fuit, ut tamen Salvi Catholici fierent, quidam ergo Novarchus Catholicus, omnes disposuit in circum, eâ conditione ut nonarius quisque periret, quod peractum est per supra dictum Carmen, in quo attendendus est ordo vocalium, et sic prima vocalis o, in carmine posita significat Quod primi Christiani quatuor sunt locandi, haec enim vocalis numero est, quarta inter vocales, secunda vocalis u, designat Quinque Turcas locandos, et sic de alijs consequenter etc. Si autem decimum velles sequens versus juvabit:

Rex angli cum gente bona dat signa serena
Si Octavus perire debet, juxta sequentem versu disponantur
Frater arare vetans per Clima disseret orbem
Si Septimus sic disponat, sed â Turca incipe
Candida dat vites tibi certas tempore factas
Si Sextus: Arma revincentis bella reversa et tormina tarda
Si quintus: Per scelera arma agat hac feret ac castra arte minorat
Si quartus:
Si 3tius:

Carmen musicum est: cum loco syllabarū in vocibus ponuntur notæ musicæ, quales sunt: Ut, re, mi, fa, sol, la, re, ut, tale est illud P: Ines in centurijs Epigrammatum, quo nobiles Musici ad Brunonem Menium Musicum sub tempus inter Regni:

Quos modo cantores numerat tua Musica Memmi.
Qui modo [famire] voce manuq͛ canunt

Quod si nec vatum solido caret omine votum
Hoc primum voveo sis Cæli [mi re mi re]

Carmen Cœleste est quando loco vocum exprimuntur in illo signa cœlestia et Zodiaci vg: Volo ponere solem in carmine. Pro hac voce sol, pingo solem, et addita syllaba discretiva casus, signa vero cœlestia sunt. Saturnus, Jupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna.
Zodiaci signa, sunt duodecem, quæ sequenti carmine exprimun

62 tur:

Sunt Aries, Taurus, gemini cancer, Leo, Virgo,
Libraq[ue], Scorpius, arcitens, caper Amphora pisces

Carmen infinitum est ex vi vocis quod caret fine, ex quo (: juxta authorem illius:) octo miliones carminum legi possunt, mutatis pedibus et Syllabis, juxta regulam auream, imo qui totum hoc carmen vellet legere, quo ad potest mutari juxta eundem authorem, deberet vivere tria millia annorum, Quolibet quadrante horæ, legendo carmina quadraginta Schema illius separata charta explicabit.

Carmen Labyrinthicum est quod versus ita habet compositos, ut dispositi in circulum, v[e]l angulos, ex omni parte, et ex omni angulo, semper ijdem legantur, sive incipias à principio sive a fine, nec unquam ad finem pervenire possis figuram illius etiam separata charta dabit.

Sunt et aliæ epigrammatis species, sed qui aut nullus aut aliquis est eorum usus, et asininus pene labor in ea componenda requiritur, de illis præcepta et praxes Ultro omittenda esse censui, brevitati temporis consulendo.

§ 1mus

Caput Octavum

De Poësi Elegiaca

Elegiaca Poesis ex vi vocis commiserationem rem aliquam significat, unde carmen idem significat quod carmen triste et flebile ideo quo ad rem: Elegia est Poema querimonijs et teneris affectibus exprimendis idoneum. Dicitur carmen triste et flebile ideo, quia olim Elegijs scribebant res tristes tantum modo tamen latius sumitur Elegia est quae in re materia quavis carmine Elegiaco scripta scilicet Hexametro et pentametro, unde Elegiâ quamvis et praesenti tempore saepissime scribantur materiis lugubres possunt tamen scribi etiam laudes epistolae. Elegia pro diversitate materiae alia res flebilis quâ deploramus alicujus causam flebilem ut: mortem, dolorem. Alia Encomiastica quâ Encomia scribimus seu laudamus aliquem. Alia Epistolaris quâ nunciamus aliquid alicui, v.g. suademus vel dissuademus, Et haec Elegia observat leges Epistolarum licet non omnino rigorose tales observat. Alia est Satyrica quâ alienos mores capimus. Alia Historica quâ aliquam historiam describimus. Alia Genethliaca quâ blandimus natalibus alicujus. Alia Epithalamica quâ nuptias alicujus celebramus. Elegia nullas habet partes quales habet Poëma debet tamen habere propositionem seu materiam quam est tractatura. Fictionem ipse fundamentalem non debet habere, occasionalem tamen potest admittere. ab Aliquibus tamen Elegiae partes assignantur quatuor. Scilicet: Exordium, propositio, expositio, et epilogus. ab aliquibus tres, accessus, expositio, et clausula. Ab aliquibus duae tantum, Cum Elegiae quandoque â re ipsa seu

β

Ex positione inhoentur, et expressa careat conclusione.
Accessus Elegiarum v.g: in materia tristi potest institui per aliquam Figuram scilicet per interrogationem, exclamationem, vel Apostrophen etc: in epistolaribus verò Elegijs, accessus formari debet à simili, apprecatione, compellatione etc:

§ unicus

De observandis compositurô Elegiam

Poster immediatè dicta compositurus elegiam, consideret, quem nam affectum exprimere intendat, accommodatè ad suam materiam, Qualis est in rebus tristibus mors, adversa fortuna, dolor, jactura bonorum, etc: hunc affectum conetur exponere quam potest acuratissimè, modò per fictiones obvias modo per allocutiones rerum variarum, modo per similitudines conglobatas.
Stylus Elegiacus non debet esse gravis et pompaticus, ut in poemate, verùm levior. Suavitas et levitas, Elegia consistit in delectu verborum, et apta eorum inter se junctura unde literarum aspera collisio, frequentes elisiones; verba innovata, Cæsuræ monosyllabæ, fines Pentametri unius syllabæ temporum ac eorum verborum frequens recursus, à stylo, Elegiaco imo quolibet opere Poetico excluditur, fluida erit Elegia si vocibus, sive proprijs, sive translatis, frequenti phrasi Poetica constabit. Item ut optimi Poetæ optimi Elegiographi implebit partes ille, qui quo adfieri poterit nihil in carmine ponet, quod non sit vel adjectivum v. substantivum, v. verbum, v etiam adverbium apte inserviens materiæ,
Elegiæ sensus semper claudi debent in duobus carminibus nec extendi ad tertium carmen, figuræ elegiarum

propria, hæ sunt: Apostrophe, Prosopopœia, Subjectio, Deprecatio, Optatio, Execratio, Exclamatio, interrogatio, Repetitio etc:

Caput 9num

De Poësi Heroica

Carmen Hexametrum, ideo vocatur Heroicum quia plerumque illo laudes Herorum et gesta scribi solent maxime; quanquam ad variarum rerum descriptiones illud traduxerint ut ad descriptiones naturalium encomiarum moralium Poesis Heroica Græce Po seu epica, Poesis vulgo, juxta Pontanũ est, Poesis carmine Hexametro illustres illustrium virorum actiones per narrationem, Juxta P: Masenium, est actio Herois verisimiliter exposita versu Hexametro ad amorem virtutis Excitantem Iam autem juxta Polonum Vatem P: Sarbiewski, est narratio imitativa actionis Heroicæ unius, magnæ et illustris personæ cum eventu Ex his definitionibus colligitur, ut Póema versetur circa plures actiones, non Poema sed Panegyris vocabitur, ut habet Claudianus.

Poema est multiplex, aliud Heroicum quo facta Herorum Celebrantur. Aliud Encomiasticum quo actio virtuosa cum suo Elogio describitur. Aliud Genethliacum quo laudes Alicujus neonati describuntur, aliud Funebre quo alicujus magni Viri demortui laudes decantantur, Aliud Epithalamicum Quo laudes neosponsorum Celebrantur, Aliud Votivum quo Honori v dignitati alicujus applauditur, aliud Eucharisticum Quo gratias pro beneficijs agimus etc:

67 Partes Poematis communiter numerantur quinq. Exordium, Propositio, invocatio, narratio, et epilogus, juxta alios quatuor Propositio, invocatio, narratio, et Epilogus.
Exordium est accessus ad propositionem ante illam poni solitus, Et hoc exordium ut plurimum continet ipsam ~~propositionem~~, Est q. ea Pars Poematis pro tunc in qua declarat Poeta Quid in Poemate narraturus. Propositio est materia Totius Poematis, quam tractabit Poëma. Invocatio est Imploratio auxilij Divini ad bene peragendum opus.
Nota hic quod invocatio in Poemate semper debet fieri apta materiæ, et si in materia sacra, subscribitur Poema in laudem Alicujus Sancti implorandum est auxilium ejusdem Sancti v. Sanctorum Angelorum y. aliorum Divorum ut docet P: Massenius, aliquando hæc invocatio omittitur in Poemate. Narratio est ipsius argumenti plenior Acclamatio illustrando illam similitudinibus narrationibus etc: ad hanc requiruntur cultæ subscriptiones rerum, locorum, Temporum, personarum. Epilogus est finis Poematis qui aut solâ narrationis abruptione aut aliquo notabili Eventu, aut ingeniosâ argutiâ terminatur; Siquidem Autem Poema maximè, infundantur fictioni de hac breviter agendum est

§ 1mus

De Fictione

Fictio derivatur â verbo fingo quoad rem est excogitatio rei ad imitationem quæ est vel potest esse. Fictio alia est

Realis quando rei existenti actio ficta attribuitur, alia 68
Fictio Personalis quando ipsa persona etiam fingitur.
Alia fictio per se. cujus substantia verisimilis est licet
re ipsâ nunquam posita fuerit, sic divisa fictione, quæres
Qui sunt modi illius formandæ? respondeo hos esse.
Primo potest formari fictio ab adjectivo, verbo, participio,
Adverbio ab adjectivo derivato; Substantivo adscribendo ea
omnia quæ serviunt adjectivo, verbo etc: v.g. huic Substantivo
audaciæ derivato ab adjectivo audax vel verbo audeo, vel
Participio audens et adverbio audaciter, adscribe
omnia quæ serviunt audacibus ita tamen ut describas
corpus audaciæ, talis est fictio apud Ovidium de fame
Ubi hæc fingitur facere fames, quæ faciunt homines famelici.
Secundo Verbum personæ secundæ v tertiæ, muta in primæ
personæ verbum remq eam v personam quam inducit aliquid
facientem v dicentem v cogitantem ita induc, ut simul corpus ejus per Hypotyposin describas v.g. sit hæc propositio:
Hector Korecki cecidit, ut Polonia staret illius casu,
si dicens in prima persona, Hector Korecki cecidi, ut
Polonia staret casu meo, si hic corpus adhuc istius bellacis
Viri descripseris pluresq actiones illius addideris erit fictio.
Tertio omnem casum obliquum, præcipue communis constructionis
v.g. ablativos instrumenti, modi, causæ, temporis, vel genitivos
vel Accusativos, vel ablativos locorum muta in rectum adscribendo illis omnia, quæ serviunt priori recto, addito verbo proporcionato materiæ v.g: si fuerit hæc propositio: Poloni suis
armis ad Cothymum totam pene Thraciam deleverunt. ita
ex hac propositione Poeta fictionem erueret: Polono-

65 norum arma ad Cothymum Thraciam deleverint. describat Actiones pugnantium Polonorum easq[ue] atribuat armis et jam erit fictio. Quarto Poëta fictionem formaturus ex Quacunq[ue] dictione, reflectat se supra similia illi dictioni, Et quaecunq[ue] dicuntur de simili, ille attribuat rei per fictionem efferendae, v.g: formaturus fictionem ex hac propositione; Sol cito currit si se reflexerit ad similia, cui similis sol currens, habebit hominem quadrigis vectum cito currente, Unde affinget Soli currum et quadrigas. ex hoc fonte Est fictio in metamorphosi Ovidij.

Quinto quidquid Poeta ipse descripturus vel dicturus esset id Totum adscribat illi rei de qua loquitur v.g: quidquid dicturus esset de aliquo in Heroe Polono, hoc totum ita describat ut ipse Heros cogitare dicere vel facere videatur. Nota. Primo. optima est illa Poematis dispositio, in qua res promoventes opus aliquod Heroicum, permiscentur rebus impedientibus idem opus. Nota secundo non requiritur ut Poema ordine naturali procedat, hoc est: ita actiones describendo prout Factae sunt, unam scilicet post aliam, sed potest incipi Poema à medio et fine actionis, juxta beneplacitum componentis, Sic Virgilius describens Æneam Heroem, â navigatione Inchoat, et tamen naturaliter incipere deberet â causis Eversae Trojae, cum reversio ejus prius supponitur fuisse Quam navigatio Æneae, nunquam enim navigasset nisi Troja everteretur. Nota tertio in Poemate stylus Debet esse exornatus troporum, ac elegantium adjectivorum Venustate sententias etiam non excludit, hae autem quasi intra Parenthesim et occasionaliter ponuntur

Fictio differt â mendacio quia mendacium omnino falsa, 67
Et veritati contraria refert, fictio verò verisimiliter et ex sub
positione, hoc est si ista res esset et ita se geret. Differt
â fabula quia fabula ultra descriptionem falsa alicujus rei,
Omnino tendit eruere aliquam veritatem moralem, fictio verò
Nihil intendit. Differt â Parabola quia Parabola habet
latentem veritatem postea explicandam, fictio verò ita res
Fingit, ut representatur. Differt tandem â descriptione
Quia descriptio potest esse omnino rei veræ, fictio autem
Tractat rem sub similitudine rei veræ.
Virtutes Poematis diximus alibi, ubi vitia aliqua attigimus, plura
oretenus dicemus de Poemate

§ 2dus

De reliquis speciebus Poematis, quæ Herico versu scribitur
Versu Herico scribitur Ecloga, et Satyra, Ecloga est humilium
Personarum Poesis rustica versu exegetice vel drammatice vel
certe mixtim exposita aliter dicitur hæc Poesis Bucolica
ideo quod in ea soli pastores inducebantur, ut habet Virgilius
Modo ad quasvis viles personas traducitur unde non tantum
Pastores sed quælibet persona humilis induci in hac poesi potest
Quales sunt artifices varij etc: in hoc carmine si quando Poeta
Discursum refert personarum, stylus debet esse humilis et ru-
sticam simplicitatem redolens modosq loquendi aggrestes,
et allegorias ex rebus rusticis deductas habens.
Satyra est Poema actiones humanas culpabiliter ad-

Mores humanos salsè perstringens quæ actiones non debent esse
malæ postremæ, hæ enim indignationem et illusionem merentur,
Personæ illæ de quibus perstringendis agit Satyra, debent indu-
ci sub fictis nominibus v. per annagramma ex eorum nomine
fucatum v. alio aliquomodo, et ita sub ficto eorum nomine
vitia exagitari debent, hoc genus Poëseos aliquando, narrati-
one tantum, aliquando à didactione personarum loquentium
instituitur.
Huc etiam spectat Sylva sic dicta, ideo quod sicut
in Sylvis multæ sunt arbores et similes sibi ita in hac
specie Poematis multi affectus diversi locum habent Sylva
nulla præcepta habet, cum sit carmen extemporale, quantû
tamen licuit ex autoribus colligere, consistit maximè Sylva
in descriptionibus amœnis, exornatis similitudinibus, compara-
tionibus etc: requirit etiam affectus vehementiores Energiam
Carminis et amœnitatem Styli. Sylva non debet habere
Exordium invocationem acclamationem; sed non nisi proposi-
tionem et narrationem alicujus historiæ v. fabulæ.
Ad Poësim Heroicam, refertur enthusiasmus porro Enthusi-
asmus est carmen Heroicum describens aliquid in laudem
alicujus sensu vibrantiori et cultiori, ad Enthusiasmû
enim requiruntur verba metaphorica et gravia figuræ
Vivaciores etc: Enthusiasmus non debet excedere quinqua-
ginta carmina potest et intra viginti carmina claudi,
neq constat ijs partibus, quibus constat Poema. Hæc
B

De Poesi Heroica dicta sufficient, cujus majores partes, lectio Virgilij Pöetarum principis et recensionum authorum suppeditabit.

Caput Decimum
De Poesi Lyrica.

Poesis Lyrica Sic dicta est â lyra, quod olim ad lyra, Scilicet Cytharas tibias etc: caneretur adjuncto etiam Saltu circa Deorum aras, quo ad rem Poesis lyrica est Ars, hominum actiones [illegible] ad Deliniendas earundem hominum mentes easq versu Lyrico exprimens. Hæc Poesis latissimè nunc extenditur, quam olim ad res gestas, laudes Deorum adhiberetur in hac potissimum Poesi fictionem locum obtinent Unde Poeta nondum facta condere; facta verò annihilare, aut permutare poterit; cum Dedalo, Atlas; cum Mercurio Talaria induere; Pegaso inequitare, in Cygnū aut Aquilam potest se transformare, imaginarias venationes navigationes et Prœlia, in Cælo et Sub concavo Lunæ Instituere Certamina signorum Cœlestium, v.g. Thesauri et Leonis inducere in hac Poesi maxime locum habent: Somnia, Enthusiasmi Metamorphoses et raptus Poetici Odarum triplex est genus Exornativum quod laudes alicujus rei vel personæ Deliberativum quod suadet vel dissuadet alicui Judiciale quod diras et imprecationes movet

§ Primus

De partibus odæ ejusq divisione et Stylo

Ode est vox græca latine idem significat quod modulatus sermo. Quo ad rem est cantus metricus uno vel pluribus carminum Generibus constans. Oda alia est monocolos quæ uno tanti Genere carminis constat, Asclepiadeo v. Phaleucio. Alia Dicolos quæ constat duobus generibus carminum tales odæ sunt Quæ scribuntur versu Saphico et Adonio v. etiam Alcaico Et Glyconico etc: Alia Tricolos in qua sunt quatuor Genera carminum, hoc genus rarissimum est et vix usitatum Oda dividitur in strophas, Stropha autem quo ad vocem est Versio cum enim odæ canebantur obversis vultibus ad Orientem Solem vocabantur Strophæ cum vero ad occidenté. Vocabantur antistrophæ quæ vero canebantur stando ante Altare vocabantur Epodos. quo ad rem stropha est Conversio odæ ab una specie carminis ad aliam. Stropha ratione diversi carminis in oda, alia dicitur Monostrophos Cujus stropha unum in se genus carminis continet. Alia Distrophos in qua primum genus carminis redit post secundum versum. Alia Tristrophos in qua primum genus carminis redit post tertium versum. Alia Tetrastrophos in Qua primum genus carminis redit post quartum versum Unde ratione istius divisionis odarum hoc est jam ratione

Generis carminum diversorum in una stropha contentorum, 71
Quam etiam ratione conversionis ab ultimo carmine Strophæ
Ad primum genus carminis, dici potest stropha monocolos, distrophos vel una eademq; Oda dicolos Tristrophos, vel Tricolos Tetrastrophos. Sic si dicetur Ode dicolos Tristrophos signum erit: Quod illa Stropha habeat duo genera carminum et post Tertium carmen fieri debeat regressus ad primum genus carminis etc: Nam per istam vocem monocolos vel dicolos, vel Tristrophos, vel Tetrastrophos intelligitur diversitas generis carminum in stropha, per istam vocem Monostrophos vel Distrophos, vel Tristrophos, vel Tatrostrophos intelligitur conversio ad primum genus carminis ponendum in Secunda Stropha â qua conversione inchoata procedens Stropha.

Partes odæ sunt accessus et expositio seu narratio, accessus Brevi narratione quandoq; constat tandem instituitur ipsa rei narratio de qua agitur, â qua expositione omisso etiam accessu optime Oda inchoatur ut est illa Sarbievii in Victoriam Serenissimi Regis Poloniarum Vladislai:

Creditis io credite posteri
fractos pudendo bistonas impetu
Cecisse et infaustis redemptum
funeribus pepigisse pacem

Secundo inchoatur Oda per fictionem, quando Poeta dicit Se transformatum in Cygnum v. Aquilam delatumq; in Illum aliquam orbis partem, vidisse illam rem vel audivisse

de illa, quam laudare vel vituperare intendit. talis est ille impetus:

Fallor residunt pectore lacteæ
Pelles et altum mutor in alitem
Supernæ nascunturq leves
Per digitos humerosq pennæ

Tertio inchoatur oda per allocutionem rei vel personæ, De qua scribitur Oda, ut Horatius:

Mæcenas atavis edite regibus
O et præsidium dulce decus meum etc.

In Oda nullum requirit acumen sed tantum clauditur solâ Cessatione addita pro libitu Sententia, vel dicto illustriori, Vel affectu aliquo. Stylus Odæ debet esse plenus Enthusiasmis affectibus, Metaphoris, maximè ijs quæ rebus Sensu carentibus animam tribuunt, ut apud Horatium. Lucernæ vigiles, pauperies infortuna, littus avarum etc: et varia phrasi etiam audaciori refertissimus. Periphrases etiam genus hoc carminis admittit ut illud Sarbiewij:

Cives Himetti gratus Atticæ lepos
Virgineæ Volucres
flavæq Veris filiæ
Gratum fluentis turba prædatrix Thimi
Nectaris artifices
bonæq ruris hospitæ

Sententias etiam oda non excludit quales illæ sunt Apud Horatium:

Durum sed levius fit patientia
Quidquid corrigere est nefas

Admittit quoq argute nervose dicta quo tam ejus argutiæ, â vulgaribus jocis remotæ esse debent ut Horatij de morte est argutia: Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas regumq tures

Hanc Poesim etiam exornant crebræ particularum repetitiones ut illud:

Qui terram inertem qui mare temperat
Ventosum et urbes regnaq tristia
Divesq mortalesq turbas
Imperio regit unus æquo

Hoc carminis genus illud speciale habet privilegium ut ultima primi versûs syllaba elidatur ex occasione primæ syllabæ versûs secundi si fuerit aliqua necessitas ut illud:

Labitur ripa sive non probante
Uxorius amnis

De Stylo item observandum, ut sit clarus, ne sibi ipsi ob nimiam obscuritatem loqui videatur

§ 2dus

De congrua dictionum collocatione in versibus Lyricis Horatianum carmen est præstantissimū si prima ejus dictio sit trissyllaba secunda dissyllaba tertia dissyllaba Quarta quadrisyllaba ut illud:

Finxere blandis ora leporibus

74. Vel si sit prima dictio dissyllaba, secunda trissyllaba, tertia
Dissyllaba, quarta quadrissyllaba ut illud:

Inter quietem pone laboribus etc:

Vel si prima dictio sit monosyllaba, secunda quadrissyllaba
Tertia et quarta trissyllaba ut illud:

Quo concitato tolleris impetu

Tertium Horatianum carmen si omnes illius dictiones sint
trissyllabæ ut illud:

Fortuna blanditur recede
2 levaris ? exulta modeste

Ultimus versus est optimus odæ Horatianæ . si prima ejus dicti-
fuerit quadrissyllaba, secunda et tertia trissyllaba,

Impavidum feriæ Reginæ

Ad elegantiam odæ pertinet universaliter dicendo ut nunq.
substantivis adjectiva proxima ponant, sed aliquid inte
ea permisceat, item etiamsi odæ omni genere carminis
scribi possunt juxta probatos authores tamen usitatiore
sunt sequentes modi scribendarum odarum
Primo odæ scribi possunt carmine Asclepiadeo, Glyconico
Oda hæc constat tribus versibus Asclepiadeis, et quarto
Gliconico vgr:

A virtute utar honoribus
Tanquam deposito cum superi volent
Quo lætus tenui lætus idoneo
Tradam sceptra vicariis.

Secundo Glyconico Asclepiadeo carmine quod ex duobus versibus componitur Glyconico et Asclepiadeo, vel e contra Asclepiadeo et Glyconico vgr:

Cum sol insolito lumine riserit
Frontem nubibus expedi
vel Totum muneris hoc tui est
Quod monstret digito pretereuntium

Tertio Heroico Archilochio quod constat Hexametro et Archilochio hos pedes admittente:

–∪∪|–∪∪|–∪∪|–∪ vg:

Mobilis ingenijs nescit quem vespere vultum
Deponat quem mane resumat

Quarto Trochaico Iambico, Archilochio primo Trochaicum constat hîs pedibûs:

–∪|–∪|–∪|–∪

Iambicum Archilochium autem constat istis:

∪–|∪–|∪–|∪–|∪–|∪–

Non ebur neque aureum
Mea renidet in domo lacunar

Quinto Heroico dactylico, Archilochio id est carmine Hexametro et medio pentametro, ut illud:

Delicias quisque vis vitæ sectatur et odit
Orbis amaritiem

Ore pio talis suavem ter gustet Jesum
Ter redeunte siti

Sexto Jambico Archilochio quod constat pedibus in primo. Versu quibus Senarius Jambicus versus in secundo vero ijs Quibus dimetrum Jambicum Carmen: vgr.

Huc et quietis apta musis alta
leves ludorum chori

Septimo oda Horatiana admittit primo duo Alcaica carmina Tertium Archilochium dimetrum Jambicum Hypercatalectum, Quartum Pindaricum vg:

Justum et tenacem propositi virum
Non civium ardor prava Jubentium
Non vultus instantis Tyranni
Mente quatit solida neq Auster etc.

Virtus odæ Horatianæ est, ut ex una Stropha fluat sensus in Aliam.

Octavo ode Saphica admittit primo tria carmina Saphica et Quartum Adonium illius est virtus, ut sensum claudat Cum stropha neque illum ad aliam stropham protendat.

Aliæ virtutes et vitia dicta sunt alibi

Nono Odæ solent Quando Carmen Hexametrum conjungitur Cum Jambico dimetro, Acatalecto ut:

Nox erat et Cœlo fulgebat luna sereno
inter minora Sydera

Decimo quando Hexamtro sociatur Senarium Jambicum ut: 7.7.
Altera jam Tergitur bellis civilibus ætas
Suis et ipsa Roma viribus ruit.
Vel etiam quando sociatr Jambicum Senarium Impurum Hexametro ut:
Esse potes isto quidquam funestius orbe
Ubi nulla pax est nulla speratur salus
Undecimo quando Jambicum Trimetrum acatalectum ponitr cum dimetro Jambico Acatalecto ut: v.g.
Ibis Liturnus inter alta navium:
Amice propugnacula.
Duodecimo quando Archilochium constans pedibus septem Primo et Secundo loco dactylo spondeo quarto dactylo Quinto Sexto et Septimo Iteren, cum Jambis conjungitur trimetro Senario Catalecto ut:
Solvitur aris hyems grata vice veris et Favonij
Trahuntque siccas machinæ carinas.
Tredecimo quando ponitur primum et Secundum Asclepiadeum et tertium Pherecratium quartú Glyconicum ut est illud Horatij:
Jactes et gens et nomen inutile.

14. Quando ponuntr quatuor vel sex carmina Trochaica: Dimetra Acatalecta ultimum autem subnectitur Trochaicum Illis, Septem constans pedibus ut:
Surgemus â nuptiales
Amulata voce plausus
Quære flore carpe frondens

Carminumq mille fato
78 Vere pulchro cinge pulchro rore sparge tempora
Sunt et alia odarum genera sed hæc omnia facile addisci possun
Ex lectione variorum Authorum et notitiam carminum supra
enumeratorum in quatuor genera diversorum nempe in
Genus Iambicum Trochaicum dactilicum et anapesticum

Caput XImum.

De Poesi Symbolica, emblematica Hiroglifica

§ primus

De Symbolo

Ad Poesim Symbolicam referuntur Symbola sicut ad
Emblematicam Emblemata ad Hiroglificam Hiroglifica
unde. Symbolum quoad nomen idem est quod signu

Vel imago quo ad rem est Pictura exprimens aliquam
Veritatem persimilitudinem in se contentam.
Symbolum continere in se debet picturam et sententiam
seu lemma seu inscriptionem brevem, quæ fit vel soluta
vel ligatâ oratione. Ut symbolum formes, debes invenir
Aliquam similitudinem ad illam rem quam symbolice vis
describere plerumq autem symbolum, Prothasim et Apodo
sim in se concludit, Prothasis et ipsa pictura et inscriptio
Apothasis aliquando tantum subintelligitur aliquando
exprimitur elogio vel Carmine. Symbola cribuntur
Jam in genere deliberativo quam demonstrativo
Quam Judiciali Symbolum aliud est morale in quo dogmata
aliqua seu dicta continent sententiosa. Aliud Heroicum
Quod solam Virtutem laudat potissimum autem Heroum
Facta.

Circa Lemma haec notanda. Primo inscriptionem seu Lemmate debere brevissimum acutum et clarum. Secundo tale debere esse quod Prothasim et Apothosi serviat vg. si pingatur Luna cum L. intra uterum jam purum fuit significabit Conceptu B. V. libatum. Tertio nulla vox in lemmate debet poni hujus rei Quae pingitur sed proprietas illius Causa v effectus vg: Dum pingit. sol sed proprietas illius ut inexoratus exorior id est Ortus si potest fieri de sumendum est lemma ex aliquo authore classico vg. Ovidio Virgilio Horatio

Fontes Symbolorum sunt loci intrinseci presertim Similium et dissimilium item ijdem fontes sunt sym solorum qui metaphorae et allegoriae et sic ex his fontibus haberes Symbola de Beata Conceptu immaculata. si pingeret Sydus Cum Lemmate unus candore notabit item adamas in umbris cum Lemmate: Fulget in umbris

§ 2dus

De emblemate

Emblema idem significat quod insertum seu insitum quoad rem emblema est pictura proponens aliquam veritatem sub comparatione historiae verae vg: fabulae, hominis veri, totius sumpti v dicti vg: si vis exprimere superbum hominem Pinge Icarum Volantem et tandem in aquas deciduum, Cum Lemmate Alta nocent, In emblemate aliquando duae Aliquando plures personae pingi possunt ex definitione Emblematis facile potest colligere ex quo fonte potienda sunt. Sunt emblemata in historijs veris, non tamen ignotis, in historijs fabulosis. Sciendum praeterea quod embla requirit primo propositionem seu veritatem quam aliquis expressurus est Picturam ... e cuius requirit ut sit comparatio quae petitur ab honoribus veris vel fictis historijs veris vel fabulosis

 Parabolis et apologijs sic qui vult exprimere hanc veritatem
Omnia morte finiuntur pingat Cesarem Octavianum morientem
et pro temate illius dictum ponat: Scena peracta est.
Tertio requirit ut ponatur Lemma de quo jam dictum ubi
De Symbolo.

§ tertius
De Hyroglifico

Nomine Hyroglificorum intelligebatur antea scriptura
arcana, quam excogitaverant Astrologi Egiptij, qui
ut Significarent id quod in mente habebant accipiebant
Res tam à sideribus quam ab alijs rebus creatis et ex his
haracteres formabant quibus suos conceptus exprimebant.
Quo ad rem, Hyroglificum in præsenti est pictura alicujus
Rei per quam exprimitur res significanda. Ita qui vult
exprimere mundum pingat serpentem in orbem convolutum
multo adhibito Lemmate. Qui vult exprimere
Annum pingat Solem et Lunam qui duo per suos cursus
conficiunt annum.
Nota quod etiam in Hyroglifico debeat esse propositio quam
intendimus per picturam significare, secundo ab ali-
quibus additur Lemma Hyroglificis ad tollendam obscuri-
tatem. Sic quidam volens exprimere Senatorem esse
alijs parem in Europa, Consilijs meritis virtutibus bellicis
Jussit pingi Stemma illius caput uri transfixum gladio
intra circulum addito Lemmate Par orbi caput male
Solent pingi toti genij et homines in Symbolo vero pars
Aliqua hominis v.g. Oculus vel pes v. caput etc.
Hyroglificum etiam solet pingi sine ulla inscriptio-
ne secus Symbolum et emblema.
Dicendum hic adhuc esse de Poësi Drammatica,
Comedia Tragedia etc. Sed quia hujus nullum usum
habebunt Vates et vix aliqui in praxim deducent

Undè consulto præcepta illius intermitto brevitati temporis consulendo 8?
Et hæc sufficient de ligata oratione plura usus Magister unumquemq singularius addictum divini Poesi edocebit. Nunc Quia semper finitimus Oratori Poëta licet numeris Adstrictior restat dicendum, de fundamentis et principijs Retoricis.

Pars Secunda Poeseos
De Principijs Rethoricis
Caput primum de Periodis

Periodus est vox græca. Latinè idem significat quod circuitq Ambitus et comprehensio quo ad rem est sensus perfectus et completus Sensus autem perfectus est: quo audito devenitq certum et plenam notitiam rei vg: virtus in arduo sita est, Sensus imperfectus est: quo audito nondum devenitur ad certam et plenam notitiam alicujus rei, sed quodammodo suspenditur auditorum animus et expetat aliquid plus dicendum.

Ut autem sensus sit perfectus requiritur ut oratio habeat verbum personale finiti modi; aut etiam impersonale cum suis casibus si aliquos recipit quia si poneretur solu Verbum infiniti modi non faceret sensum perfectum.

Periodus est duplex, alia vulgaris alia artificialis, Periodus vulgaris est sensus seu oratio perfecta, et completa qualiscunq id est: non habens unum sensum antecedentẽ Et alterum consequentem, vg: adeo virtus sita est in arduo, ut non sine labore, et conatu acquiri possit.

Porro antecedens est qui alium sensum recquirit et trahit post se, consequens est qui sequitur sensum Antecedentem.

82: Hæc artificialis periodus quadruplex unimembris seu monocolos, Bimembris seu Dicolos, Trimembris seu Tricolos, quadrimembris seu Tetracolos. Periodus unimembris seu Monocolos. Est sensus perfectus seu completus constans uno membro sed duobus sensibus uno antecedente et altero consequente. Bimembris periodus seu dicolos est sensus perfectus seu completus habens duo membra et duos sensus unum antecedentem et alterum consequentem. Trimembris periodus seu Tricolos, quæ constat tribus membris et tribus sensibus uno antecedente et duobus consequentibus, aut etiam duobus antecedentibus et uno consequente. Quadrimembris seu Tetracolos Periodus est sensus perfectus et completus constans quatuor membris et quatuor sensibus duobus antecedentibus et duobus consequentibus v. tribus ancedentibus et uno consequente vel etiam econtra uno antecedente et tribus consequentibus.

Partes periodi sunt duæ prima est membrum alio nomine dicitur Colon secunda est incisum græco nomine dicitur Comma. Membrum est sensus perfectus vel imperfectus constans verbo infiniti modi et certo numero syllabarum. Dicitur autem membrum debere habere sensum perfectum vel imperfectum, quia si sit in periodo unimembri debet habere sensum perfectum. Si vero in Bimembri vel trimembri vel quadrimembri debet habere sensum imperfectum. Jam vero numerus certus ad membrum necessarius est ut sint ad minimum novem vel decem syllabæ. Protendi vero potest membrum etiam ad viginti vel triginta syllabas, incisum est

Pars membri aut Sensu carens aut certo numero syllabarū. 83
Nota ad componendam aliquam periodum longiorem adhiberi debent membris illæ particulæ quarum una posita, in aliquo Sensu Periodi necessario, aliam redditivam sibi cum alio Sensu Requirit; quales sunt particulæ redditivæ et adverbia vg:

Adeo ut
Aque ac
Aque huic atq illi
Aliter et aliter
Antea posthac
Imo vero imo etiam
Cum continuo
Diu multumq antequam
Tam diu donec
Quamdiu Tamdiu
Eatenus ut
Eatenus quatenus
Eō ut
Nullus nisi
Quemadmodum ita
Nunquam nisi

Omnis qui
Par est ut
Perinde, ac.
Plus quam
Primum deinde
Prope est ut quis
Etsi verumtamen
Hactenus quo ad
Hinc inde
Huc illuc
Idcirco quod
Idem ut
Quantum tantum
Quamvis tamen
Quemadmodū ita
Tamut, etc: etc:

Pro Trimembri periodo Particulæ Servient
Nullus est tantus qui aut aut
Nonminus is quiquam
Quid insignius quam nec nec
Quid infamius quam et et

Evenit hoc, ut non solum, verum etiam
Nihil est, quod magis quam
Pro Quadrimembri.
Nonsolum, tum cum, verum sed etiam tum cum
Haud ille qui, sed etiam, ille, qui
Nec ille qui nec ille qui
Postquam nonmodo verum etiam illico
Similes Particulas quisq sibi poterit innumeras adinvenire
Pro quacunq periodo si illas vel addat vel immisceat, quæ sunt
Pro Bimembri vg: his particulis: Postquam illico immisceantur
Nonmodo verum etiam et fiet Periodus quadrimembris. Post
Quam vocans victoriarum nuncia fama, divulgasset nonmo
do obsidione liberatum esse Poloniam, verum etiam memora
bili clade millena bistonum Truncata Capita, illico Trium
phalis Pæan per Provincias et urbes Lechiæ insonunt.
Idem patet in hac Trimembri: Omnes qui in studio Pal
lis eruditione in arena Minervæ, artibus decertatis liberali
Tanto animosiore agite indole quanto præstantiorem sapien
tiæ debitis coronidem.
Præter supra dictos periodos est etiam Pneumatica. Pneuma
Autem idem est quod Spiritus, clauditque uno Spiritu seu
Uno Pneumate ab oratore vix dici potest. Pneumatica
Verò Periodus, aut bimembris aut Trimembris aut Quadri-
membris, Vel etiam unimembris constant pluribus incisis,
Sed tunc, cum talis est, dicitur Schinotenes.
Quæres quid sit periodicè loqui et incisè, loqui periodicè v
scribere est dicere vel scribere periodos artificiales. Incisè
autem loqui, est dicere tales periodos quæ multis constant inci
sis; numericè verò loqui est periodos formare tales quæ con
stant numero Oratorio. Numerus autem Oratorius est
apta collocatio verborum seu Vocum longarum et brevium

Poses hic adhuc quærere quænam sunt regulæ formandi numero- 85
-sas periodos Prima. Numerosa reddetur periodus si breves et
Longæ Syllabæ inter se permisceantur aptè. Secunda Si
Voces monosyllabæ et Trissyllabæ aptè inter se commisceantur nunc
Longæ brevibus nunc breves longis. Tertia si non solum in fine
Periodi, sed etiam in tota Periodo Splendida seu translata
Verba ponuntur. Quarta. Numerosa erit Periodus si
Finiatur verbis Sonoris et gravibus paulò longioribus. Quinta.
fit Periodus numerosa si caveantur voces ab ijsdem Syllabis
Et literis incipientes inquibus finiuntur præcedentes. Sunt ca-
vendæ sunt similiter cadentes, pariterq illæ in quibus sæpe
repetuntur eædem literæ præsertim asperiores seu Sonoræ
v.g. Rex Xerxes Reliquias regulas etc. Reliqua cujusq
Judicium et lectio librorum talium, ex quibus hæc possunt
colligi edocebit unumquemq cum omnia præceptio n valeant edoceri.

Caput 2dum
De amplificatione
§ Primus
De amplificatione in genere

Amplificatio derivatur à verbo amplifico dilato unde amplificatio idem significat quoad nomen quod dilatatio quo ad rem est dum Aliquid pluribus verbis explicamus quod paucioribus verbis Poterat exprimi Amplificatio est duplex alia verborum Alia rerum vel Sententiarum. Verborum amplificatio et dilatatio Est unius vocis et alterius vocis pluribus verbis consistens in vocibus. Amplificatio rerum Est affirmatio

Quædam ita rem exagerans ut audiens illam, statim eâ convincat
86. Amplificationis modi, quamvis sunt plurimi, nos tamen omissis multis Alijs, sequentes subjicimus faciliores.

§ 2dus

De vario amplificationis modo

Primus modus amplificationis per Synonymiam cum aliqua sententia Vel sensu alijs et alijs efertur phrasibus idem significantibus v: hæc propositio: Virtus regnorum fulcrum est Synonymicè ita potest efferri Probitate stant imperia. v. Lapsum non metuunt Diademata quæ fulcit Pietas. v. immotæ sunt majestates quæ innituntur virtutibus. has propositiones Synonymicas, si dilatexeris in Periodos habebis amplificationem per Synonymiam v: Non aberravit â vero sentiendi, quisquis eruditi sensus oraculo Virtutem, regnorum fulcrum nuncupavit, nulla enim fortunatius subsistunt imperia quam quæ probitatis implet maturitas, sancita stabiliore columnis constantiâ Non lapsum unquam metuunt Diademata virtuti innixa perrennem felicitatis decurrunt orbitam dum etc:

Secundus modus amplificationis est per distributionem Partium Quando aliquid totum vel quasi totum in suas partes v. quasi Partes dividitur, dicitur vel quasi partes quia aliquando â nobis Finguntur partes, maximè tunc dum nomen v participium vel Verbum vel etiam Adverbium inpartes dividitur. Hic si velles Dividere aliquod nomen in suas partes vg: Pret nomen Virtus posses dividere in humilitatem, patientiam, Justitiam, concordiam etc: Verbum vgr: Gratulor in applaudere, laudare, apprecari, recordari festum etc. Quia hæc omnia continentur In hoc verbo gratulor. Participium vg: Doctus in inbutum eruditione præstantem literis nutritum facundia Devotum Palladi caput etc: Adverbium vgr. Semper in æternum sæcula, annos, horas, menses, dies, etc. ex his fiet ampli

-icatio si cuilibet parti adjunxeris sensum, inservientem ma- 85
-teriæ cum figuris Tropis et acuminibus.
Tertius modus amplificationis est â Similitudine porro Similitudo est comparatio unius rei cum alia habente diversam naturam. Si enim res ejusdem naturæ comparetur, Erunt potius comparata quam similia vg: si comparemus Regem cum sole. Hominem fortem cum Leone. erunt Similitudines. Comparata autem erunt, si comparemus Oratorem Tullio. Militem strenuum Herculi vel Alexandro. Partes similitudinis his conjunguntur particulis ut, ita, Quemadmodum, pari ratione, Sicut non aliter etc. Tractatur autem Similitudo his modis primo quando Similitudo ponitur Sine particulis eam connectentibus. vg: Sol diem generat. Oceanus uniones, magna nomina magnos partus. Item Illud Senecæ de inconstantia fortunæ Noli huic tranquillitati credere, momento vertitur mare, et in eodem alto Ubi luserunt Navigia sorbentur. Secundo dum Similitudo ponitur cum ex-pressis particulis vg: Sicut, ita vili concha, pretiosus latet unio, ita Sub deformi vultu venustæ Dotes animi Celebrantur. Item quemadmodum tot amnes in Oceanum dejecti non mutant saporem maris, ita diversarum impetus rerum viri fortis non mutat animum. Tertio Cum unum alteri in pluribus confertur vg habet aliquid cum Sole Principes immo solis et Solis finge nomen ab illius sereno

88 Lumen sibi accendunt Sydera. Istorum majestas splendore illu-
Impera ille graduum moderatione elevatione moderatur tempora
Isti sublimitate mentis regunt dominia: Ille oculis celi tellurem
Alto irradiat istæ pupillæ sunt quæ regni procerum prospiciun
Saluti et throni etc:. Quarto cum duo aut plura uni con
ferunt vg: gubernatorem in tempestate militem
Virum fortem inter adversa cognoscimus.
Quartus modus amplificationis â Comparatione Porro compara
Est unius rei cum altera habente eandem secum naturam
Collocatio vg: Si aliquis Poeta comparetur cum Virgilio v
Ovidio erit comparatio tam Poeta quam Virgilius vel Ovidius
Habent eandem naturam humanam. Hæc Comparatio est
Triplex, Prima quando æqualia inter se comparantur vg:
Æque certum est rempublicam niti juvenum viribus atq senum
Consilijs, secunda comparatio est quando duo inter se comp
rantur quorum unum est majus et alterum minus vg: si
Deus Angelo superbo non pepercit quomodo homini parcet.
Tertia est comparatio, quando duo inter se comparantur quo
Unum est minus et alterum majus sic Cicero fecit amplifica
onem ab hoc fonte comparationis Si Hispanis pœna affecti
adipisci licet civitatem, Gaditanis autem fide suâ in rem
Publicam illustribus hoc idem non licebit etc.
Quintus modus Amplificationis â definitionibus enumerato

Quando unius ejusdemq rei plures definitiones congregantur. Porro de- 89
finitio est Oratio explicans naturam rei Seu quid sit res vg: Sol
est Astrorum Princeps, aureum Coeli Sydus, Diei Oculus, Thesaurus
Lucis, Communis viventium Maecenas etc. ad meliorem amplifica
tionis notitiam, sciendum est definitiones elegantissime efferi per simi
litudines, omissis particulis ex hoc fonte quidam definivit Violam.

Primula pratorum soboles et gloria veris
Spes florum Zephyri filia, veris amor.

Definiturus rem aliquam debet primo considerare Orator v. Poeta
Quid sit illa res quam vult difinire vg: Roma, est urbium caput,
gentium Dea Terestre Coelum Flos Europae, Utriusq fortunae pro-
digium, Secundo quanta sit est compendium universi,
Parvus mundus ingens fortunae theatrum. Tertio qualis sit vg:
Quo ad visum? est Syderum Patria, Urbium lumen, Italiae
splendor. Qualis sit quo ad intellectum est Scientiarum Domus,
Literarum Patria, eruditae Palladis regio, Quarto quas
habet causas est Romuli opus Nobile catholicae fidei propu-
gnaculum, Artes marmorum: Quinto quos habet affectus
et Passiones? est adamantinus Europae Clypeus, Fatorum
Unicum Ludibrium, Adversarium Fidei fulmen. Sexto quod
habeat tempus est prima latinorurum Mater urbium, emi-
nentis Sanctitatis primitiae. Septimo quem habeat motu
Magnos animorum, errantium cinosura, via Appia ad Coe
leste capitolium. Tales definitiones si disponuntur in periodos
fiet amplificatio â definitionibus Sextus modus am-
plificationis per allegoriam. Porro allegoria quid sit et quali
modo fieri debeat dictum est alibi. Sic amplificares
Per allegoriam istam Sententiam, Alterno choro redeunt

Risus et gemitus desumendo similitudinem ad risum a Zeph
90. ro mulcente pelagum et ad gemitum ab Aquilone turbante
aequor observandum tamen ut allegoricis verbis misceantur
simplicia. Ab eodem fonte hanc sententiam: fortuna non o-
mnibus una ita amplificares allegoriam dicendo a sole
Non semper illustrissimum meridiem explicat unicuique sua
in vultu fortuna qui mane felicitatis auspicabatur tristem
Quandoque iniquae sortis experitur occasum, Caecum numen
Novit attamen sui serenissimos diadematum radios conferat
scilicet regibus regnorum solibus non obscurae sortis hom
nibus. Praeter allegoriam sunt et allij tropi augentes mate
riam amplificationis vg: Periphrasis, quae est circuitio loquendi
explicans pluribus quod poterat paucioribus exprimi vg: loco huju
vocis: mortuus est diceres: extremum clausit diem, vel aeter
tatis portum attigit, vel mortalitem exuit, vel clausit in aete
nam lumina noctem etc.

Caput 3tium

De Chria

Chria est vox graeca, latine idem significat quod usus vel u
tilitas quae ad rem est explicatio alicujus dicti facti vel utriusque
simul certis capitibus comprehensa vel est oratio quae ali
quid recte vel inique dictum vel factum vel utrumque simul
demonstrat. Chria est triplex: verbalis seu dicti, activa
seu facti et mista hoc est dicti et facti. Chria verbalis
est quae dictum ab aliquo sententiose prolatum exponit et ex
nat. Activa est quae actionem seu factum quodpiam recen
et amplificat. Mista quae dictum simul et factum compl
ctitur.

Partes Chriae sunt octo Exordium, expositio, Causa, Contra
simile, exemplum, Testimonium, et Epilogus. Exordium
est in quo author dicti vel facti vel utriusque simul laudat
vel vituperatur.

91

Expositio est in qua dictum vel factum vel utrumque simul ube-
rius explicatur seu amplificatur. Causa est in qua dantur
rationes dicti vel facti vel utriusque simul. Contrarium
est in quo orator oppositam rem assumpta materia dicit
per hanc suam propositionem amplificat. Simile est
in quo dicti vel facti vel utriusque simul veritas vel falsitas
per aliquam similitudinem probatur. Exemplum est
pars Chriæ in qua res quæ tractatur exemplo seu facto
aliquo alio comprobatur. Testimonium est authoritas
alicujus â veteribus ducti hominibus qui dictum vel fa-
ctum vel utrumque suâ sententiâ comprobavit
Epilogus est ultima pars Chriæ omnia breviter comprehendens et
adhortans ad imitationem virtutis, in Chria, vel evitandum scelus.
Nota primo in Chria præter exordium et expositionem omnes
partes posse poni bis imo tersi placuerit scribenti, Nota secun-
do si Chria quibusdam carebit partibus et aliquas solum habebit
q: si non ponatur in illa contrarium, si simile, vel Testimonium
vel exemplum Chria talis vocatur mutillata. Nota tertio
non levem difficultatem inferunt Tyroni in eloquentia. transiti-
ones quibus una pars Chriæ cum alia connectitur et modi
tractandarum partium proinde difficultates istas solvere
amus

Modus tractandarū partium Chriæ

Exordium cum sit frons aliarum partium debet quam cultissi-
mum. floride et ornate exponens laudem vel vituperium dicti vel
facti vel utriusque simul et primus modus illius efferendi
it â definitionibus conglobatis ejus persona quæ laude vel
vituperio afficienda est. Sit pro praxi vituperium

 Neronis qui propriæ matris scrutatus est viscera ferro.
Coronatus ille prædo, purpuratus civium sanguine latro Victor
Paludatus mortibus vivens ipsius ferocitatis monstrum cui
Tyrannis pro anima fuit bilis pro sanguine, immanissima
inter Septicollis antra urbis orbi nutrita fera, efferus
Rex Tyberius Nero ceu ab ebrietate biberius dicendus Mero
Aut verius Tiberis innocuo profusus sanguine, portentum mor-
talitatis, Coluber materna corrodens viscera, et naturæ monstrum
Suæmet Parentis ferro recludens pectus atque cruentis manibus
Scrutans intima etc.
Secundus Exordii formandi potest esse per comparationem, si
Dicti vel facti vel utriusque simul author præferatur vel assimile-
tur præclaris alijs viris
Tertius modus ab enumeratione partium si enumeratis varijs
virtutis vel vitij partibus in fine laudandus vel vituperandus ijs
præferatur.
Expositio debet esse clarior quam exordium ut enucleet
Sententiæ intentum. Facti expositio per considerationem
adjunctorum juxta illas particulas: quid quis ubi quibus auxilijs
cur quomodo quando.
Causa est pars Chriæ qua ratio dicti vel facti vel utriusque
simul affertur.
Simile; cujus partis multi sunt modi. Primus cum particu-
lis quemadmodum qualiter sicut etc: respondentibus: tali
modo taliter illud etc. vg: Qualiter autumnalibus albescunt
nivibus maturæ ætatis frondes taliter ætatis frons ingruenti
senecta expallet canitie. Secundo similitudo tractat

Sine particulis Metaphorice. Tertio si conveniunt simul 93
plures similitudines breviter sine particulis expedita vg:
probaturus divitem debere esse misericordem his similitudi-
nibus evinceres: Sol sine radio ignis absq flamma, sine
torrente flumen, sine aqua nubes, ver sine flore, aetas
sine fructu Dives sine misericordia.
Contrarium in hac parte nulla difficultas cum omnis res ha-
beat suum Contrarium ut: Sapientia ignorantiam virtus vitium
Vita mortem etc. Color
Exemplum huic

~~Exe~~
Exemp

Aprecor tibi laudem honoris et laudis,

+++
+++ . . . 16.

O Stanisławie.
Przez sen gadasz o xięgach, nie tknieß ich, ná iawie,
medrszy iest śpiący, niżli, nie śpiąc, Stanisławie.

17.
O Sludze dwóch Panów.
Iest ubogi, choć u dwóch Panów sługi zostaie
Bo ieden; z nich; nic nie ma; drugi nic nie daie.



94

1. Lilie w polu Werbna bespieczny wzrost maią;
Kłoss z strzałą w Koronie gdy im straż oddaią.
Krolow, nie Flory krolmi, te się kwiaty zową,
Gdy Marsem y Koroną, semymi dziedziczą.

2. Kolumna w polu Werbna, stoi pod Koroną,
Mocną chcąc bydź niewinnych Lilii obroną.
Na większy dowod tego strzałą się armuie
Niebo Kleynot Pawłowskich cały Koronuie.

S.P.

Lunaque nocturnos alta regebat equos:

18.


Do Jana witasz

Czy w mieście, czy w gościnie, spotkawszy mię,
zawsze: cobym ia robił, ciekawie mię pytasz.
... kiedybyś na dzień razy sto spotkał, pytanie
Toż powtarzasz: snać, że sam nic nie robisz Janie.

Do Iana Kucharza.

[illegible]emi kucharza ćwiczył za złe gotowanie
obiadu; ty nazywasz mię okrutnym Panie;
Ieżli ta ci niegodna zda się karą wina;
Iakaż bicia kucharza inna iest przyczyna.

19 Na Łysego.
Wszyscy cały włosów z twey, z twoiey [illegible]
więcey można [illegible] chyba głow [illegible]



21. do [illegible]
Nawiedziłeś mię, [illegible] w [illegible]
Ogdybym mógł oddawać w przodo
[illegible] dobie!

22.
o Annie.
[illegible] iaźń miała,
[illegible] umarły, z którymi Anna [illegible]
[illegible]lby Bóg, by i z żoną mą przyiaźń zabrała.

23. o Czapce Wiel.
[illegible] mos mały, a czapka wielka cię pokrywa:
[illegible] wszystkim [illegible]
właściwa.

96

artej Wespaiyanie ...

skiego.

1.

O Rybaldzie. ... pisze

Słusznie się Rybałd tęskni ... na-
gorzałki tnie, sieczkę rznie, i dzieci kołysze.

2.

Droga do Leżayska. ... kwity.
Do Leżayska, jak ... stare świad-
Na Chmielniki, i Winiary, iest gościniec bity.

3.

Do ...chatego.

...ucho to iest u ciebie? ... piono mogła
W którey się substancya ... to ...

4.

Do Sługi Sługi

Służysz Panu, i zawsze chodzisz ... za sobą
... nigdzie nie idzie, bo sam ... z ...
... ia ... moie ...
Bo ... pachołków, tak ...

5.

O ...
...
...

ÆTAS ORATORIA

Sensim adolescentis eloquentiæ
Ad maturiorem svadam accrescens
In rostris Posnaniensibus incipiens
Anno ab infantia hominis Dei 1732. in 1733.

nunc Anno: 1776to: Ꝙ: qua tunc:

Eloquentiæ ætatem æquè ac hominum intelligite, cui
Pro stamine vitæ filum orationis pro anima sensus
Oratorius, pneumata pro spiritu provida ars con:
cessit; fieri autem oratorem non nasci, adolescere
Non in viros ex improviso eruditos maturescere
Persvasum esto, promovenda est oratoris adolescentia.
Per gradus, ut juvenescat in pubere maturescat

In ultro, perficiatur in veterano et in capulari non languescat, sed pro venerandi majestate seni gravitate Quadam fulta procedat. — Non idem semper orationis est ornatus exuit bullam eloquentia, ut induat Prætextam, detrahit prætextam ut vestiatur sagô Sagum manu mittit, ut togata gravitatem præferat

Nos igitur ab infantia incipiemus in ætatem perfectam eloquentiam promoturi: agemus primò de Rethorica studiosa, seu quæ usualis est Rethori studioso; pòst aulicam explanabimus deinde castrensi Operam dabimus demum curiali, Nuptiali, comitiali, Funebri tandem (: in quo termino omnia consistunt:) Crescenti in sapientia et ætate Deo homini, Pretiosissimæ ejus matri ac Cæli oratoribus, Angelis pacis Consecrabimus, dicabimus.

Adolescentia Eloquentiæ
Seu Rethor studiosus.

Cum bonus ordo adolescentiæ ordinata serie traducendæ â majoribus tenerrimè servatus is semper fuerit Ut a totiis patriis ad aras Minervæ â laribus domesticis ad liberalium artium præsides divos sese transferat post calcatos arenæ ludos pulvere literario expolienda juvenum ingenia; ac detersa utcunq rudioris ætatis informitate humanitatem pretergressa, Benedicendi facultatem petant ideoq quæ in eadem Discenda occurrunt propriè convenientia illi ætati explanabimus etiam futuro usui servitura.

Punctum 1mum
Exponit artificium periodorum

Periodus Græcè latinè circuitus, ambitus est oratio

100. Habens sensum perfectum quo audito pervenitur ad Notitiam plenam alicujus rei. Periodi partes sunt Sequentes, membrum seu colon Græcè, incisum quod Comma Græci vocant. Membrum est pars periodi Perfectam quidem sententiam definiens non ita tamen Absolutum reddens sensum ut auditor acquiescat, vg: Si amico laboranti opem tulisses. Potest tamen Membrum esse periodus quod fit in unimembri periodo Ita ut completus sit sensus. Incisum seu comma Est pars membri imperfecta sensu vg: in hac rerum Tempestate, in continuo fluxu, refluxuq temporum. Ut fiat membrum ex incisis debet addi verbum verbum personale finiti modi vel etiam impersonale Et certus numerus syllabarum. Certus autem numerus syllabarum est qui debet ad minimum habere syllabas novem vel decem.

Periodus est duplex, alia vulgaris alia artificialis. Periodus vulgaris est sensus perfectus qualiscunq idest Non habens sensum antecedentem et consequentem non Est tamen periodus vulgaris idem ac sensus aliquis

Grammaticus seu locutio quia periodus vulgaris requirit
Aliquem ordinem ac rotunditatem locutio autem grammatica
Non requirit.

Artificialis periodus est sensus perfectus habens antecedentē
Et consequentem sensum. porro sensus antecedens est, qui alium
Sensum requirit et trahit post se qui si non sequatur sensq
Totius sententia non erit perfectus vgr: ita nunc tempesta:
ti obnoxius äer ut proximam minitetur procellam.

Artificiosa periodus est quadruplex Monocolos seu uni:
membris, dicolos seu bimembris, tricolos seu trimembris,
Tetracolos seu quadrimembris.

Periodus monocolos est oratio constans uno membro habens
Sensum perfectum inclusum tamen duobus sensibus uno
Antecedenti altero consequenti.

Periodus dicolos est oratio constans duobus membris
Et sensu uno antecedente et altero consequente.

Periodus tricolos est oratio habens tria membra et
sensus duos antecedentes et unum consequentem
Vel è contra.

104. Periodus tetracolos est oratio habens quatuor Membra et duos sensus antecedentes et duos Consequentes vel tres antecedentes et unum Consequentem vel e contra.

Porro ad rotunditatem et ad materiam sufficientem pro periodis juvant plurimū particulæ Correlativæ id est quæ sibi correspondēt invicem:

Æque ac, si profecto, ita ut, adeo ut, quo eo, Nonsolum, sed etiam.

Exempla periodorum

Unimembris sit ex illa sententia: Non perfi... Sentit prosperitas flevisse humilem.

Cacæ ex lacrymis, deploratorum hominum for... na nunquām vel raro solatia prospiciunt a... Altiore prospectantes specula fortunati lynce...

Na slepą z tez obmirżtych ludzi opłakanych
Fortunę, nigdy albo rzadko kiedy radosny
Wzgląd weselszey miny prospekt na wysoką
Eminencyi altane wyniesieni fortunni maią
Ostrowidzowie.

Bimembris periodi ex hac sententia: infantū
Mores educatione formantur.

Tenerior ætas nondum primis imbuta malitiæ.
Seu virtutum lineamentis, adhuc velut rasa
Tabula in quas primo incurrit imagines, easdem
Ipsa sibi Apelles ipsa Zeuxes ad primijenniam
Idæam de se efingit.

Jakim kształtem y figurą nie doyrzała młodość pe=
zna przezorney attendencyi manudukcya akkomo:
dować będzie taką symetryą y w dalszym wieku
Doskonalszego w progressie inkrement weźmie.

104 Trimembris periodi ex illa sententia: speciosa sunt
Crimina, quæ in purpura nutriuntur.
Etiam thersitem professa crimina nullâ recti honest
Lineâ speciosa, si murice sese pingunt, ita deformit
tem suam adumbrant, ut etiam facinus mentis oculori
Virus virtutis colore honoratâ specie sese comendant
Choć nie z pod pędzla cnoty ale z pienoszych zami
Lineamentow znaczny Kryminałow Konterfekt
Będzie, kiedy szkarłatnym kolorem swoie za
farbuie niedoskonałość znaydzie w purpurze
Estimacyą, w pięknym kolorze gracyą.
Quadrimembris ex illa sententia: gloria majori
Lumen posterorum.
Illam aviti splendores ceris nobilibus illustres no
minis claritatem Posteris conciliant, quæ præclara
Nepotum indoles non tantum utcunq serenant
Sed etiam ita in aurora dignitatum purpurascun
Ut aliquando et diei honoratæ plenum accipian
Ten lustr dziedziczne splendory starożytnych antena
Rzucaią na potomnych sukcessorow, ktory przeswie
Imiona nie tylko iakokolwiek oświeca ale im ta

Fortunne zapala zorze w purpurze, że y w połu: 105
dniu godności w pierwszym elewacyi gradusie na nay:
wyszym Polu honorow promienie rzucaią.

Praeter superiorem divisionem Periodorum sunt insuper Aliae, quae etiam suam denominationem habent Periodi, Scilicet schinotenes, Periodus pneumatica, Phneuma Tasis: Schinotenes est membrum longum in modum Longi funis extensum; fit ut plurimum, cum colon Multis incisis constat, exemplum est apud Ciceronem: Hoc capite quirites omnes gentes, nationes, Provincias, Regna, Decemvirum, Ditioni, Judicio, potestatiq[ue] Permissa, et condonata esse dico.

Pneumatica periodus est, quae constat uno vel pluribus Membris schinotenicis, ut est apud Ciceronem ora: In Caecilium. Quas res luxuries, in flagitiis, crudelitas in suppliciis, avaritia in rapinis, Superbia in Contumeliis efficere potuisset, eas omnes sese hoc Uno praetore per trienniu[m] pertulisse dicebant.

105. Pneuma est illa periodus, quæ multa cola et commata simul complectitur, et eousq protenditur, quoad dicentis spiritus et latera perferre possunt. Exempla passim occurrunt in Cicerone.
Tasis latinè extensio nihilo differt à Pneumate nisi longitudine, quando enim Pneuma ita longum est, ut excedat spiritum oratoris, dicitur Tasis, servit demonstrandæ causæ magnitudini, et exprimendo magno affectui.
Cum ad pleniorem notitiam periodorum plurimum conferat notitia numeri oratorii, hic locus esto hujus. Numerus itaq oratorius è mente Aristotelis et Caussinii, aliorumq Rhetoricæ magistrorum est quædam gravitas simul et peritè instructa modulatio verborum, ex brevium longarumq vocum permistione consurgens. hic nè desideretur numerus in periodis, aliqua diligenter sunt observanda, Primum: ne ab initio cujuscunq periodi ponamus quatuor verba paria sibi numero syllabarum, v.g: quatuor spondeos vel jambos, vel choreos, vel dactylos, e.g. Latium improbus perdidit Annibal. Idem caven.

dum est in fine periodi, quanquam etiam et in medio vi: 107
tandum est idem, et si non ità solicitè, verba tamen bre:
via longioribus semper sunt permiscenda..
2dum ne periodum claudamus fine carminis hexame:
tri, hoc est dactylô et anapæsto cum duobus spondeis
Vel jambis, vel choreis, v.g: nulla ætas de tuis laudibq
Conticescit. 3tium ne in periodo plura monosyllaba
Ponantur penes se. v.g: hic Rex soi est Sarmatiæ.
4tum ne in fine periodi adhibeantur polysyllabæ
Voces v.g: in iteneribus, supellectilibus, capitibus.
5tum vitandæ sunt frequentes vocalium elisiones,
V.g: viro optimo obtemperare. Item concursus vi:
tandus est consonantum v.g: Rex Xerxes. 6tum
Ne adjectiva nimis procul rejiciantur à substanti:
vis aut parenthesibus prolixioribus dividantur.
7timum ut diligentia oratorii numeri commendata
sit auditoribus eloquentiæ, illius encomium Judici:
um Tullii Lib: 2. de oratoribus pono: ordo et cultus
Verborum junctura, plausum, admirationemq auditorii

Efficiunt porro hoc numero deficiente insulsa est et Ingrata oratio, ac illud carmen: aurea scribis carmina Iuli maxime vatum. et illud: o fortunatam natam Me consule Romam. Exempla numeri oratorij in exemplis amplificationu passim leguntur.

Punctum Secundum

Modos amplificationum ex locis Rhetoricis explicat.

Cognita arte periodorum ad usum illarum nobis descendendum est, hic usus amplificationibus etiam servit, qui Sunt quasi rudimentum studii Rhetorici. Amplificatio Igitur juxta Causinum est orationis anima, est modus Copiosius dicendi pp̄ter animu auditoris ad misericordiam vel iracundiam, vel alios affectus pertrahendum.

Amplificationum modi tot ferme sunt, quod loci Extrinseci, intrinseci, Tropi, et Figuræ, et nec tot, Quin plures. Hic tamen cum non vacat enumerari omnes, Seligemus aliquos magis usitatos. Primu modus Amplificandi est per definitiones conglobatas. Definitio autem juxta Soarium est oratio, quæ id

Quod definitur, explicat quid sit res vg: ista oratio Doctrina benedicendi est quæ explicat, quid sit Rhetorica. Amplificatio igitur per definitiones conglobatas erit, cùm Coacervabuntur orationes explicantes naturam rei, explicantes inquam non Philosophicè, sed Rhetoricè, cum scilicet petuntur à locis Rhetoricis vg: â causis sic Sanctus Chrysostomus oratorum pretium definivit cruce Xti Domini, crux totius beatitudinis est causa, salutis Indicium, spes christianorum, Cælorum dux, triumphus Adversus Dæmones. Sic Cicero definivit solem. Sol Dux et moderator luminum reliquorum, et veluti Mens mundi tantâ magnitudine, ut cuncta sua luce Lustret, et compleat. Secundo explicatur res per Definitiones petitas à similibus, et dissimilibus, sic P. Bartochowski in panegyri Joanni III dicata à Similibus Cameneeum definivit. Podolii martis Regia, limen securitatis Sarmatiæ, humanarum Virium Syrtis, Antemurale Christianorum. Tertio Explicatur res per definitiones petitas ab antitetis, Sic describitur a quodam vita religiosa: Soave

Martyrium, felix miseria, mors vitalis, vita mortifica:
ta, regnans subjectio, terrestre Coelum; rosa pungens.
Quarto. explicatur res per definitiones petitas à narra:
tione nominis, sic explicatur Florianus: flos no:
minis, Florentia virtutum, Chrysostomus: os aureum,
Pretium suadae, aurum eloquentiae. Augustinus:
Augustum oraculum. Quinto explicatur res per defi:
nitiones petitas ab adjunctis et proprietatibus, sic descri:
bitur canis: brutum sagax, cujus fida est custodia, amans
Dominorum adulatio, odium in externos, audacia in tre:
pidos. Formatur insuper definitio à qualitate, quanti:
tate, actione, passione, tempore, loco, motu, effectis,
Habitu etc: Exemplum hujus modi inter praxes po:
nemus.
Secundus modus amplificationum est partium enumeratio,
Quae est tunc cum scilicet aliquod totum in suas partes
Dividitur seu distribuitur, quae tali modo debet fieri: in
Sententia amplificanda inveniatur vox talis, quae sit
Totum, seu quae potest servire pluribus rebus, et istius
Totius debent enumerari partes ita, ut quod dictum est

De toto, dicatur de singulis partibus vg: sit amplificanda hæc sententia; amant pretiosa latere partes totius scilicet pretiosorum sunt: aurum, gemmæ, adamantes, murices etc: Dicatur ergo id de omnibus partibus, quidquid dicendum est in genere de pretiosis vg: Illa est pretiosorum dos, Ut æstimari velint et latere, fungus est, id est exulceratæ Abiectissimus terræ fœtus, qui facile obvius. Vilis est bacca Gemmarum quidem sed vacua sedes ejectamentum Maris, quod Ponto supernatat; illud est Erythræi maris Pretium, quod toto clauditur oceano; ille Piscariæ felix Unio, ora, qui â se conspectum toto dividit Neptuno. Illa prædivitis æstimanda lanæ tinctura, quam murex Toto undarum mergit diluvio, illa æstimanda Gaza, â qua Multi immoti cardines accessum prohibent. Non æstimate Auri venam, quæ facile patet, in corde in visceribus Terræ divitem partum terra fovet et ita sinu suo complectitur, ut non facile procreet et in lucem edat.
In accessis rupibus sepsit natura adamantes, ut val:

lari multis præsidiis, defendiq[ue] pretiosa intelligamus. Cor id
Est pretium vitæ, dos prima viventis, meditullium præcor:
didrum arcis intimæ occupat, cerebrum pretiosa omnium
Talentorum vena medium capitolii obtinuit, ut æstimentur, puta:
men est vilisq[ue] testa nucis, quæ extima, medulla id est melior
Et optima pars quæ latet; paleæ sunt id est brutis æstiman
da ramenta Cereris, quæ superficem aristæ occupant, illud
Electum granum, quod videri abnuit, et nisi compulsum triturâ
Prodit. Ab imis ad diviniora si elever, adorandæ veniunt,
Gratiosæ imagines, vel artis Apellææ miraculis vel prodigio:
rum adorandis pretiosæ, quæ multo occulorum involucro ser:
vantur. Plebejum et vulgare illud numen etiam gentilibus ad
Facile obvium, Stator Jupiter capitolinis arcibus defenditur,
Palladium Trojana tuentur pergama; Apollinem multis
Delphi occultant cortinis. Sed quid multis opus est suffi
ciet dixisse, quidquid publica æquioris judicij lanx æstima
vit, latere amat. Sic de facto mediocritatem sortis
Suæ Sbon obscuræ descripsit Marius apud Salustrium:

Non possum fidei causâ ostendere imagines Majorum, me:
orum, nec deductum ab Heroibus genus ad Deorum stemma
Replicare, ne ignotas opes, sed ea, quæ nota sunt, dicere. potius,
Quàm prædicare. Patriam non obscuram, familiam non
Pænitendam, domum innocentem, innocentiam non obscurã,
Frugalitatem sinè sordibus, ingenium liberale, animum non
Illiberalem, victum, vestitum, supellectilem munda non splen:
dida.
Tertius modus amplificationum est per similia et dissimilia;
Fit autem amplificatio per similitudines, cùm coacervanti
Similia proportionem convenientiam aliquam habentia cum
Re illa, quæ amplificatur. Similitudo autem debet fieri
Inter res diversas naturas habentes: sic apud Famianum
Stradam de bello Belgico congressus Principum pernicio:
sos aliis stellis assimilat: ex concursu Principum ceu stella:
rum parum sibi beneficarum fœda aliquando procella mul:
tis capitibus pertenditur. Sic idem expressit per similitudi:
nem moneta adulterinæ hanc sententiam: omnis fabula
Partem veri habet: ùt adulterina insinceraq moneta

114 Semper aliquid auri argentiq admistum habet, ita plerumq men:
dacium aliqua portione veri aspersum est, Sic Barclavius in
Argenide descripsit hominem impersvasibilem, ne quidqvam
Ad cor admisit, quod Ibericô ferrô aut Phario marmore. duri:
us, te salutifera monita veluti incus malleum respuebant.
Sic vir omnium nobilissimus ex hoc fonte amplificatur:
Vidisses virum in republica et censuisses velut in annulo ada:
mantem, in floribus lilium, in cælo Solem, in ferreo saeculo
Aureum hominem, inter Heroas Principem. oratoribus hic
Modus usitatus, sed Poëtis usitatior, sic quidam raritatem
Insignem hoc modo descripsit:

Honitâ dum casus, sive ars Phaetontide gutta
Hybleam conclusit apem, spectacula movit,
Aut ubi puniceo Phallanceas emicat ore
E proceis progressa thoris, celatus in auro
Divite vel adamas.

Quartus modus amplificationum â contrariis, cum scilicet
res contrariæ coacervantur, orationemq suâ oppositione
mirè exornant, talis est laus Trajani: Enituit aliquis

In bello sed obsolevit in pace; alium Toga sed non arma honestârunt, reverentiam ille terrore, alius amorem humanitate captavit, ille quæsitam domi gloriam in publico, hic in Publico partam domi perdidit, postremo adhuc nemo exstitit, Cujus virtutes nullo vitiorum confinio læderentur, at Principi nostro quanta concordia, quantusq consensus omnium laudum Gloriæq omnis contigit! nihil severitati ejus hilaritate; nihil gravitati simplicitate, nihil majestati humanitate detrahit.

Quintus modus amplificationum est ab enumeratione causarum Antecedentium, Consequentium. Enumeratio causarum fit, Cum causæ seu rationes alicujus rei assignantur: ex hoc Fonte manavit laus Theodosii à Latino Pacato deducta: Alios empta legionum suffragia, alios vocans aula, Regum Affinitas alios Reipublicæ imposuère, te nec ambitus, Nec occasio, nec propinquitas Principem creaverunt. Enumeratio antecedentium est cum ea quæ antecedant rem describendam explicantur. Sic debachantis cujusdã

Speciam et antecedan ira descripsit quidam: Fontes Tetriô nubibus induit veluti pallorem induxit, oculos furo: ris igne succendit labra tumulantis animi concussit impetu Ad tremorem composito horrendum tonare, acriter fulmina: re capit, quid tu me convitiis laceras aeternum tui generis Probum. etc. Enumeratio consequentium est quando explicat Illa quae rem ordinariè consequitur describendam, tali qui: dam Elogiastes modo laudavit castra petentem Heroem: In aciem te generosae mentis urget ardor, ubi scilicet hosti: li: sanguine tuorum Illiadem meritorum perennis memo: riae inscribis fastis, ubi extincta majorum nomina, iterum In Regni facie et belli incendio accendas illustrius. Ubi Ruenti succuras patriae prostratam gentis erigas glori: am, unde non Caesarum spoliis hostium sed partae Gloriae insignibus redeas ornatus.

Octus modus amplificationum est per comparatio: nes fit autem comparatio quando una res eandem

Habente naturam comparatur sic v.g: Equus vulgaris
Cum Bucefalo Alexandri, senex annosus, cum Matusale,
Vir fortis, cum Hectore, Achille Exempli gratia:
Tantus erat dum bellum ageret galeatus Achilles
Tantus dum Danaos ureret Hector erat. Sic apud
Ovidium discipulus ingratus Professori per comparationem
Arguitur: Ut non Chionides Eumolphus in Orphea talis
In Phryga nec Satyrum, talis Olympus erat praemia
Hec Chiron ab Achille talia coepit Thitgiercie ferunt,
Non nocuisse numam. Item latinus Pacatus ex hoc
Fonte Theodosii natale solum sic extulit: cedat
Terra Cretensis, parvi Jovis gloriata cunabulis, et
Geminis Delos reptata numinibus et alumno Hercule
Nobiles Thebae fidem constare nescias, auditis Deum
Dedit Hispania quem videmus.

7mus modus amplificationum est a congerie rationum
Quando scilicet multae alicujus rationes facti assi:

118
gnantur. ex hoc fonte deducta laus felicis memori:
æ Joannis tertii Poloniarum Regis quo duce. in
Sylvis Niedoboriensibus ad Camenecum casa sunt
Duo millia Turcarum et curruum mille acceptum
Præter confixa ramis suis Thracum alios capita. fructus
Dedignantur. Getas in sylvis hoc est in cubili suo
Tot ferè perierunt, non procul ab arborum cæde ster:
ni debuit, qui tam diu aluit belli pacem, ad lustra
Ferarum decertarunt tot scelerum monstra, quæ vix
Capi poterant extra sylvas non poterat ignobiliori
Fato Biston occumbere, quam inter fungos, nec tur:
pius stungi, quam inter fraga, non uno ævo tam
Nobilem prædam expectare. debuit, æquè hostium ac
Ferarum Princeps venator. aurea quondam Æneæ
Virga Bistonibus tota Sylva illa præluxit ad infe:
ros.
Suus modus amplificationum per allegoriam

Allegoria autem est quando aliud verbis aliud sen:
su dicitur seu exponitur sententia per voces translatas
Plures ab eadem re petitas haec allegoria debet in:
fundari similitudini aliquam proportionem conveni:
entiam habenti cum re illa cui applicantur voces
Translatae, debent autem vitari in allegorica ampli:
ficatione. imo obscuritas quae tunc fit cum non miscean:
tur verba propria translatis. 2do voces translatae
Minus pertinentes ad rem quamvis similitudini sunt
Propriae. Allegoria alia est plana seu simplex
. Alia erudita. simplex est cum sensus aliquis efferti
Per voces translatas nullâ factâ similitudine ab eruditio:
ne aliqua et hac allegoria metaphorae innititur Pas:
simq dicitur continuata metaphora.
. Allegoria erudita est quae infandatur alicui eruditio:
ni et dicitur antonomasia continuata. exemplum simplicis

Est in illo sensu Patris Kwiatkiewicz quo descripsit musicum Tortorem gregis: o chilaris carnifex qui greges in cytharæ equum leo mortuos torquet et inter tormenta canere jubet. Simili Allegoriâ passim abundant omnes panegyres, sic in illa cui Titulus est alti soles passus describitur benevolentia cujusdam Liberalis in miseros: Cacæ ex lacrymis fortunæ populorum Prospiciebas solatia, et spe quoq[ue] assurgenti dejectas injurias Ad æquiora fata erigebas hoc fuit gemitus afflictos in cide re quod conchæ illabi ut plorantis populi quasi auroræ luctus Gemmescerent hoc oculis tuis exhiberi madidas planctu paginas quod radiis proponi meridianis ut siccarentur dextrâ Levasti supplices de injuria jussisti ut mæstarum frontiũ Iris decolor arcus esse fluvius desineret fieret risus Cœli sui. Jam exemplum allegoriæ eruditæ ibidem invenies Ubi laus â generis magnitudine et aptitudine ad honores Summos cujusdam familiæ sic deducitur: Hic omnes stirpis Magnitudine altissimi, quædam sunt Iovis æsculus, cujus Singulari rami ad honorum insignia, et pretiô in dotibus

Æstimatissimi aurum videntur Delphicum in solas Deorum Imagines fundi solitum.

Gnius modus amplificationum ab adjunctis, adjuncta autem Sunt ea quæ cum re sunt conjuncta quam cogitamus descri: bere illa quæ ut plurimum sunt Quantitas per quam explicat Quanta res sit magna an parva lata an profunda etc. Qualitas per quam explicatur sit ne decora an deformis Alba an nigra flava an rubea. Tempus quod scilicet Exponit sit ne res diuturna an non æterna an non. Locus Quo scilicet exponitur quem et quantum locum occupat Res Situs quo enarratur positio rei. Motus quo expri: mitur agilitas vel tarditas in movendo. Passiones per Quas explicatur sit ne res iræ, doloris, invidiæ obnoxia. Colloquia quod adjunctum enarrat sit ne res sermocinativa. Habeat ne sonorem an raucam vocem. ex hoc fonte Emma: nuel Thesaurus descripsit pigmeum: Quantitas Pigmeo

153
122 Quem vides imo quem non vides pusio est homo suo nomi-
ne brevior verius fragmentum hominis in fusis per fene-
stram radiis grandiores involant minutiæ, propius inspi-
ce nec artus numerabis nec membra, pes est ubi caput
Ubi incipit ibi desinit, hunc si alloqueris anhelitum pre-
me difletur si corruat nec lædi nec lædere potest adeo
Nec fuscus sit nescio tantilæ sententiæ ne sit color hære-
re. Sonus. miram tanta res vocem edit ac sonitum nec
Turnis cunicibus similem quos audis non vides. Passio.
Iratum caveto scintilla est pusilla sed ardens, synapis
Granum parvum sed pravum sunt qui ridiculam Æsopi-
ci montis vocent futuram sed pusioni comparatus
Mus mons est. Tempus. quam negat ætatem nescio
Seculum Nestoreum credo facile transiliet morti
Inobservatus quæ certius in summa collimat si tamen

Diris calculis suspendium pusioni decernas arachne. Carnifex erit laqueus filum. Locus de Domicilio quæritas illi nimis exemplum theatrum foret limacis cohlea in cohleari sic naufragabitur ut in Oceano in frumenti gluma pila ludet per aciculæ forulum triumphum Aget. Quid ultra de modico? hunc alii Balistæ signū Auriculare ungviculum apellant sed superba hæc omnia, alii arenæ scrupulum aciculæ caput publicis Pupillam sed nimis adhuc adulatoriè. plus dicunt Qui minus dicunt bonæ literulæ apicem vocant alii Brevem Poetarum syllabam sed nondum rem adhuc Tetigi, vis doceam quid sit parvus homo, magnum Malum.

Nonus modus amplificationum. est per Prothasim Et Apodosim. Prothasis dicitur id cui alterum applicatur sive id à quo aliud tanqvam contrarium remo:

vetur. in Prothasi ponitur eruditio aliqua vel symbo:
lum vel sensus communis ut non primo intuitur appli:
catio auditori innotescat. Apodosis autem idem
Est quod applicatio seu id quod applicat et debet
Esse accomodata Prothasi, illæ autem apodoses sunt
Optimæ quæ abundant translatis vocibus petitis à re
Quæ in prothasi continetur.
Exempla hujus modi erunt infra ubi agemus de orati:
onibus gratulatorijs Natalium Christi resurrectionis
Ejus dignitatum etc:
Nnus modus amplificationum per thesim et hy.
pothesim. Thesis est quæstio universalis multas
Sub se continens particulares jam hypothesis
Est quæstio particularis contenta sub universali
Thesi ad quam descendendum est ab illa universa
li. Amplificatio igitur erit hujus mo

Ab universali quæstione procedet oratio ad par:
ticularem controversiam. Exempla modi hujus
Inter praxes erunt. sunt et alii satis multi amplifi:
cationum modi qui hic recensendi essent quales sunt
Per mutationem casuum, temporum, modorum, gradu:
um item modus petitus ab utili honesto delectabili
Amore odio etc: sed hic usu ipsô possunt percipi et
oretenus explicabuntur vel jam sunt explicati hinc
Illis omissis ad alios properamus.

12mus modus est per figuras figuræ autem græ:
ce schemata sunt quidam decor et exornatio oratio:
nis quæ quandam dignitatem et majestatem styli
Audient. Hæ quodiplices sunt, quod una quæq
Ornamentum orationi affert abundè præcepta. so:
arii innuunt nos sic nonnula exempla inseremq.
Per interrogationem sic eloquentia comendatur

120 Trajani à Plinio: quæ illas gravitas sententiarum?
Quam inaffectata verborum veritas quæ asseveratio in
Voce? quæ affirmatio in vultu quanta in oculis habi:
tu gestu toto deniq corpore fides.
Per eandem figuram sic calamitas nobilitatis describit[b]
Quid ego referam vacuatas municibus suis civitates
Impletas fugitivis nobilibus solitudines quid publicatas
Procerum fortunas capita diminuta vitam ore
Laxatam. Per eandem figuram mors cujus:
dam adolescentis magnæ spei et familiæ vernaculè
Describitur:
Coż kiedy to ieszcze ledwie rozwiniony uwiędnie
Kwiat, ktorego wonnośc wszystkiego wiridarza za:
szczycać miała florencya? coż kiedy ieszcze
Podczas powierzchnych nie iako wichrow y ruin
Pospolitych ledwie ugruntowany w domu zacnym
Upadnie filar? na ktorym niemal cała wszystkich

Fortun polegać miała fabryka? coż kiedy nadwątlo:
ney stroskanego Państwa galerze a co większa blisko:
ści iadowitey Scylle szwankuie Pallinur iaki, za
ktorego rostropnym w radzie sterowaniem z ostat:
tniey toni wybrnąć miała kiedy w Troi dziesięcioletnią
Impreza narażonym w kwitnącym ieszcze wieku poległ:
że Hektor, za ktorego nie tylko waleczną na charcach
y wstępnym boiu dzielnością, ale y czułą na murach
strażą wpoysrod potęgi nieprzyiacielskiey y szturmow
gwałtownych salwować się do końca miała: o iuż
Tam żadne inchibicye, rady przyiacielskiey wstrz:
tu do żalu nie uczuią.

Per distributionis figuram etiam recta est amplificatio de.
Qua superius aliquid innuimus, hic insuper exemplum
Per quod vinculi militaris (:vulgo Rokosz:) dicti in con:
venientia describuntur: Quæ tunc illa fuit rerum
Facies quam visu fœda quam animo execrabilis,

Diminuit principis venatio: circumscripta majestas, post: habita senatus authoritas, opressa nobilitatis prerogativa, Ejurata ducum obedientia, quodq his multo acerbius spreta Religio, vexata sacerdocia, occupatæ ecclesiarum fortunæ Directæ facultates res familiaris pessundata fugati agre: stes Poloniæ dissipata taceo incessa Regalia exhaustas Economias adempta portoria.

Repetitio est quæ dictum fortiori animadversione imprimit Ab una voce cum plura incipiunt commata: Sic in Funebri Panegyri Vladislai 4ti laudem deduxit orator: Concurrite undiq orbati cives concurrite. patri patriæ Parentamus Vladislao 4to heus quantum in hoc vocabulo Orbitatis, uno omnia funeramus in tumulo vitam Patriæ Gloriam procerum populorum tutelam. Vladislao hono: ri civium, terrori hostium. Regni vindici, Vladislao pa: cificatori patriæ, legum animæ, regum Ideæ.

Subjectio est cum orator se ipsum interrogat sibiq Respondet sic dux insignis describitur: quantum est

Extinctam resfovisse militiam? resfovit, exsan:
guem exanimem animasse animavit, antiqui
Instituti legibus adstrinxisset? adstrinxit, mores
Alias alias sensus naturam propè aliam stipen:
diarij induxisset? induxit.

Compar est cum orationis membra ferè æquali
Numero syllabarum constant; sic describitur per:
fidia: postquam se promovendi imperij prodidêre
Artes cecinere per juna classicum signa auda:
cia extulit erupêre repente acies pugnatur
Deniq non virtute sed fraudibus, non armis sed
Mendacijs non hominibus sed temporibus.

Anthithesis est cum contraposita coacervantur,
Sic ars vincendi describitur: miram quidem verum:
tamen omnis vincendi artem suggero: adora numen
Ut adoream corrigat, ut caput attollas supplex
Prosternere, jejuni mittantur in pugnam milites
Ut avidius consumantur hostes, ut pinguior sit
Victoria, dapes subtrahite, atterite vires suadeo
Ut conteratur rebellis, parcius edidete ut edatis

130 Stragem, exardescite dolore ut belli incendium
Extingvatis ut erecti stetis Cœlo vos inflectite etc:
Hypotyposis est descriptio alicujus ad vivum ut
Cerni potius res quam audiri videatur: talis est
Descriptio famis rupellentium â Patre Petiot:
Accedebat ultima fames telum quo nullum est
In bello crudelius quia simul ignave et atrociter
Perijt, Iam commeatus erat omnis absumptus
Herbarum fibris solati erant inedea, radices in
Hortis mures in ancris canum, quorumq morticina
Defecerunt in stabulis trixum elixumq. jure atro:
chonium et maceratas ocreas devoraverant Lethales
Venenenorum succos in cibum verterant in deliciis
Cicuta erat, aurô toxica vendebantur citra pretium.
Quod erat quod citra horrorem dici non potest diffici:
lius erat vivere quam perire et in funesto illo vitæ mortisq
Confinio nec vivere licebat, nec mori, nihil tam præsens
Quam fatum nil tam remotum quam fatum, longa
tabe longiora crimina mulctabantur, vita trahebantur
Ambage malorum et multiplicatis funeribus multiplicabat
Pœna. Mors deniq cum vita consenserat reptabant
In compitis homines strigosi macilenti capulares sine

Carne pelles exsangvia silicernia tenues umbræ imitationes,
Virorum pallida mortis exordia inanes corporum folles,
Ossium male congesta compago, continuati ossibus nervi vacui
Ventres et querruli, viri non viri, sed ferales hominum
Larvæ.
Demonstratio seu ostensio constans vocibus en, ecce, vide,
Audi, v similes, sic quidam inscripsit sepulchro: Specta:
te posteri sic eritis
Narratio per quam narrat orator rem aliquam, sic Thesau:
rus de Alexandro magno sepulto. Magna narro viator,
Exiguus hic cinis magnus est Alexander, sat mihi debes
Abi.
Reticentia in qua aliquid taceri significatur talis est
Inscriptio sepulchri attilæ Hunnorum Regis, hic
jacet attila Numinum flagellum tu nosti reliqua.
Huc spectat illa inscriptio ridiculæ mordax: Hic
jacet Petrus Vallerinus cujus virtutes brevitatis causa
Taceo.
Præteritio est quando orator se dicit aliquid omittere,
Nihilominus id ipsum dicit, sic describitur cujusdam
Incommoda: non memoro quas frigoris calorisq hoc est
Procellosi Cœli injurias imbecillo corpore exceperit,
Taceo quas saxorum sylvarumq asperitates nudis

Plantis superavit, omitto quas in regiones ventis obnoxias
Quos in montes rupibus asperos quæ intecta tempestatib
Pervia se recepit, præterea quantam in se literis
Exercuerit lanienam.
Correctio est cum orator corrigit verbum aliquod
Vel ~~aliquod~~ idem verbum repetendo vel exagerans
Magis ponendo, ita Thesaurus, de Alexandro defun:
cto: Hic est Alexander, fallor hic non est Alexander, imo
Nunc est, quod vere fuerat: per eandem figuram
Est epitaphium mulieris lacrimabundæ et bibulæ:
Jucundus libertus uxori bene mærenti, erravi nemero
Hærenti bene, inquam sepulchrum mærenti posuit. Item
Hic jacet Henricus Rodericus an Fridericus rem bene
Non memini nomen tamen exit in icus.
Paronomasia seu vocum affinitas, levis quidem figura
Aliquando tamen orationi non est dedecori v.g. delige
Quem diligas lagena plerumq lanienam. Item:
De quodam inepto oratore: aptior rastris quam rostris
Melior arator quam orator.
Dubitatio cum orator de duobus dubitat cuinam sub:
scribat: Tale est illud in quendam, qui ut Promethe

ium tostum pingeret servum torqueri fecerat dubium est
Inter ista studiosusne Pharrasius pingat an tortor saeviat.
Inquisitio seu interrogatio vehemens, talis est illa in lapide
Flaccillæ quæ cum nimium bibisset animam evomuerat:
Quo non mors properat, frustra fugis mare in mensa
Naufragia patiens.
Responsio cum aliquid interroganti vel sibi ipsi vel
Alteri respondet orator non quidem ad immediatā
Sed quasi remotiorem quæstionem. tale est epita:
phium: quid agam requiris? tabesco scire quis sim capis?
Fui simile est illud amici responsum bruna datum à
Religioso novitio:

Quid faciam brunæ si de me quæris amice
Quod nolo facio quod volo non facio.

Imaginatio quando aliquid fingitur quod de facto non
Est à parte rei, sic Cicero superbam gravitatem
Consulis Capuani describens ait: tanta erat gravitas
In oculo ut illo supercilio respublica, tanquam
Atlante Cœlum niti videretur.

Apostrophe est aversus quasi à proposito sermo, sic de Alexandro dictum: dicite Alexandri cineres ubi est Alexander.
Reliquis non immoramur figuris quarum exempla et explicationem Exactam habet studiosus Rhetor in præceptis P. Soarii in Majore opere.
Decimus tertius amplificandi modus per Chriam qui modus tum Situs itatus et præceptis Poeticis passim, hic crambem n repetimus.

Punctum tertium.

Exponit modos et praxes orationum breviorum studioso Rhetori convenientium.
Inter orationes breves studioso Rhetori convenientes sunt, Potissime gratulatoria festorum Christi Dñi Nativitatis, Resurrectionis, Anni novi, pentecostes, gratulatoria item Nominis de his ergo hoc puncto agendum nobis est.

Artificium primum.

